Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden

gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden

gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Prutenicæ

TABVLÆ COELESTIVM MOTVVM.

AVTORE

ERASMO REINHOLDO.



KGL. OFFENTL. BIBLIOTHEK DRESDEN

15 85.

VVITEBERGÆ

Imprimebat Matthæus VVelack.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden

gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

AD LECTOREM.

MOtuum cœlestium cognitionem vitæ humanæ vtilem esse & summè necessariam, nemo est qui ambigat. Vt enim reliquarum in præsentia vtilitatum mentio omittatur, certè temporum distinctione, ac imprimis anni iusta descriptione, quæ ex motuum istorum ratione dependet & petenda est, carere societas hominum nequit. Demonstratione obtineri hoc oportere non arbitror, cùm vnusquisq; secum hæc reputans non possit non agnoscere, in maximis tenebris, & rerum omnium ignoratione hæsituros nos esse, anni ratione ex vsu sublata. Sic etenim neq; mundi initium retro apprehendi, neq; duratio eius animo concipi, neq; tempora memorabilium ac maximè insignium rerum gestarum, in mundo, præsertim beneficiorum ingentium, quæ Deus Opt. Max. in genus humanum omnibus ætatibus contulit, sciri aut discerni possent. Præterea hæc, quæ hominum mentes in consideratione corporum cœlestium defixas tenet, doctrina, perspicuum de Deo & prouidentia testimonium suppeditat, quasiq; viam ad cognitionem Dei aliquam sternit. Si enim animo amplissimum hoc totius mundi σύστημα quis perlustrauerit, nullibi manifestiora, quàm in cœlo, Dei vestigia inueniet, vt non immeritò D. Paulus, gentes omnes, quæ secretæ à populo Dei patefactionibus diuinitùs huic traditis caruerunt, præeunte mentis luce, τὰ ἀόρατα τοῦ θεοῦ agnoscere inde potuisse affirmet. Et monumenta veterum testantur ex philosophis gentilibus eos ipsos potissimùm & ex professo ἄθεους fuisse, qui cœlestium motuum inquisitionem neglexerunt, atq; repudiarunt. Non postremo itaq; loco inter Dei beneficia recensendum à nobis hoc est, quòd artes istas, quæ cœli motus inquirunt & explicant, conseruat, imò excitatis præstantibus ingenijs, illustriores & perfectiores in his postremis mundi temporibus

efficit.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

efficit. Noſtri autem numeris erit eas diligenter cognoſcere & ad vſum in vita accommodare, id quod citra Arithmetices adminiculum fieri non poteſt, vt idcirco non immeritò ea, altera Aſtronomiæ ala à Platone ſit appellata. Quæ enim ſolertibus artificum obſeruationibus longo tempore animaduerſa & conſtituta, accedentibuſq; Geometricis demonſtrationibus ſtabilita ſunt, illa aſſumens Arithmetica tabulas ex his condit, motus cœleſtes, ad quæuis temporum momenta citra cœli aſpectionem ſuppeditantes. Vt autem duæ ſunt inſigniores motuum in cœlo differentiæ, ſecundùm quas ipſa etiam Aſtronomia in duas partes dirimitur, videlicet, Motus primus qui νυχθημέρινος Græcis, eſt καὶ ἀπῶτατα φορά, quo tota orbium cœleſtium compages intra 24. horas ab ortu verſus occaſum integrè reuoluitur, & ſecundus Motus, quo ſtellarum fixarum & errantium orbes primo motui renitentes, ab occaſu in ortum feruntur: ita duplices etiam Canones ſunt, motus hoſce numeris definientes & ad temporum momenta quæuis accommodantes. Alij enim primum & ſimplicem extremi cœli motum explicant, vt tabulæ Aſcenſionum ſeu Directionum vulgò appellatæ, Alij verò, certis quibusdam, quas altera Aſtronomiæ pars tradit, hypotheſibus ſubnixi, ſtellarum fixarum & errantium motus proprios numeris comprehenſos proponunt. Et iſtius quidem alterius generis tabulæ diuerſis temporibus à diuerſis artificibus conſtructæ & ſupputatæ ſunt plures. Pro vt enim ipſa motuum ratio temporis ſucceſſu deprehenſa eſt & conſtituta accuratior, ita tabulæ etiam exaratæ ſubinde ſunt abſolutiores & perfectiores, quas tamen omnes, non tàm exquiſitiore hypotheſeon, quibus innituntur ratione, quàm calculi certitudine & ἀκριβείᾳ ſuperant, longoq; poſt ſe interuallo relinquunt, præſentes hæ cœleſtium motuum tabulæ, ab ERASMO REINHOLDO *præſtantiſſimo in hoc genere artifice elaboratæ. Vtræq; tabulæ cùm hoc tempore non ſine ſtudioſorum incommodo deſiderarentur, vt*

ſuo

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ſuo etiam loco, & de ſtudijs diſcentium bene mereretur, & publi-cam promoueret vtilitatem, vir prudens et integerrimus SAMVEL SELFISCH, *exhibita præterito ſemeſtri noua editione tabularum primi mobilis Ioannis Regiomontani, nunc haſce etiam ſecundorum motuum tabulas excudi denuò impenſis ſuis voluit. Et quo* σφάλματα *quædam, quæ in exemplaria priora typographorum incuria irrepſerunt, corrigerentur, quantumq; fieri poſſet emendatior in lucem hæc noua prodiret editio, mihi imponi laborem inſpiciendi & emendandi typographi in excudendis hiſce tabulis operas ſum paſſus: qua in re quid præſtitum à nobis ſit, eorum qui deinceps hiſce vtentur canonibus iudicio permittimus, ſolummodò candorem ij vt adhibeant & beneuolentiam rogantes. Gratiam igitur habebunt ſtudioſi huic viro, eiusq; voluntatem ad iuuanda liberalia ſtudia propenſam agnoſcent: ſimul etiam operam dabunt, vt acceſſione mediocris cognitionis doctrinæ huius de motibus cœleſtibus, ſine qua, Platone teſte, reliqua Philoſophia manca eſt & imperfecta, liberalem ſuam eruditionem auctiorem reddant. Inprimis verò ad vſum transferre Aſtronomicas hypotheſes in calculo & numeratione motuum, ex his & ſimilibus tabulis, ac hoc modo extremum artis huius & finem doctrinæ de aſtrorum motibus aſſequi ſtudeant.*

Caſpar Strubius D.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO ALBERTO MARchioni Brandenburgensi, Duci Prussiæ, Stetini, & Pomeraniæ &c. Burggrauio Noribergensi, Domino suo clementissimo, ERASMVS REINHOLT Salueldensis, Mathematum Professor.

S. D.

QVanquam hæc admiranda sapientia, quam doctrina de numeris, proportionibus, figuris, mensuris, & motibus cœlestibus continet, nulla humana voce satis laudari potest, tamen in alijs libris, qui ad vsum discentium initia Mathematum editi sunt, prolixiùs de dignitate & vtilitate harum artium dixi, vt iuniorum studia vtcunq; accenderentur, seu certè, vt præmuniantur iuniores contra Cyclopicos sermones eorum, qui has artes stolidissimè contemnunt, nec vident eas esse & sapientiæ diuinæ radios transfusos in hominum mentes, & illustria ac firma testimonia de Deo, & de prouidentia, & necessaria vitæ adminicula. Necesse est enim, & propter gloriam Dei, & propter vtilitates ingentes communis vitæ, extare de his tantis bonis, veras commonefactiones, & constantissimè reprehendi furores eorum, qui cùm hanc doctrinam aspernantur, simul Deum contumelia adficiunt, & nocent communi hominum vitæ. Sed quia hoc opus non editur tyronibus, hîc omissa illa commemoratione, tantùm gratias agam, primùm Deo autori & conseruatori harum artium, deinde & tibi Princeps ALBERTE, qui & hanc doctrinam propagari curas, & nostros labores tua liberalitate adiuuas. Itaq; vt honorem debitum Deo tribuam, adfirmo id quod verissimum est, totam hanc sapientiam, doctrinam numerorum, mensurarum ac motuum cœlestium, lucem esse diuinitùs sparsam in hominum mentes, vt ostendat hunc mundum non casu ex Democriti Atomis conflatum esse, sed architectatricem esse, mentem æternam, iustam, & beneficam, & vt ingentes vitæ vtilitates adferat. Adfirmo etiam Dei ope inter tantas imperiorum ruinas & barbaricas confusiones, non humana diligentia, sed diuinitùs has artes conseruatas, & subinde restitutas, & illustratas esse. Hæc Dei beneficia grato pectore celebro, & eum oro, ne sinat hãc sapientiam in genere humano extingui. Eò etiam facilius hunc magnum laborem, in docendo, & in

& in varijs operibus edendis sustineo, & quæstuosas artes omitto, vt Deo gratitudinem in conseruatione huius sui doni ostendam. Tibi quoque Princeps Illustrissime, Marchio ALBERTE, Dux Prussiæ gratias ago, & agent alij non stolidi homines ad posteritatem, quòd vt religionem, leges, disciplinam, ita & has artes, quæ religioni, & ciuili societati seruiunt, gubernatori tuendas esse censes, & nostra studia tua liberalitate foues. Nec verò dubium est olim quoq; sapientissimorum Regum hanc curam fuisse, vt posteris hanc sapientiam traderent, quos vt grata posteritas meminisse posset, nomina eorum stellis attributa sunt. Ideo ab Atlante, Orione, Chirone, Perseo sideribus nomina facta sunt. Nam hi Principes viri cælestes motus obseruârunt, anni metas constituerunt, & vt ego existimo, insignes euentus præuiderunt, & recens tabulæ Alphonsinæ dictæ sunt, quòd sapientissimi Regis consilio, & liberalitate hæc doctrina restituta est, & tabulæ constructæ sunt, quarum iam annis plus ducentis præcipuus vsus fuerit. Eodem consilio & ego has Tabulas Prutenicas dici volui, vt sciret posteritas tua liberalitate, Princeps ALBERTE, nos adiutos esse, & tibi gratiam ab ijs, quibus profuturæ sunt, deberi.

Etsi autem honorificum est relinquere nominis & virtutum memoriam in scriptis, historijs, in tropheis, in ædificijs, tamen multò splendidius est & gratius, habere monumenta in his pulcherrimis, & perpetuis corporibus, cælo & stellis quasi fixa, quas quoties aspiciunt homines docti, & bene morati, excitantur, primùm vt celebrent Deum conditorem huius mirandi operis, deinde vt gratias agant, quòd monstrauit motus, postea etiam de beneficijs magnorum Principum, & scriptorum cogitant, quorum laboribus hæc sapientia conseruata & propagata est.

Cùm igitur & tuarum virtutum memoria in hac cælestium motuum doctrina posteris tradatur, spero tibi officium nostrum gratum fore. Artifices verò probaturos esse & voluntatem meam, & laboris magnitudinem, & opus ipsum, confido. Sciunt enim veteres tabulas cum phænomenis non amplius congruere, ac emendationem necessariam esse. Laboris verò magnitudo inde iudicari potest, quòd nemo tot seculis tabulas emendatiores edidit. Vir doctissimus quem vel Atlantem, vel Ptolemæum alterum nominare possumus, Copernicus, etsi constitutis obseruationibus demonstrationes et motuum causas eruditissimè tradidit,

tamen

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

tamen hunc laborem tabulas construendi adeo defugit, vt si quis computet ex ipsius canonibus, ne quidem ad eas obseruationes computatio congruat, quibus fundamentum operis innititur. Itaq; collatis Copernici obseruationibus cum Ptolemæo & Hipparcho, alias tabulas instituí, quarũ vsum mox ostendã. Et causas earũ ac fontes in alio opere expono.

Vt autem apud Poëtam de Æneа dicitur:

Nam te iam septima portat,
Omnibus errantem terris ac fluctibus æstas.

Ita ego iam annos septem huic labori impendi, non vt ille procul terra & mari vagatus, sed tamen in his publicis miserijs, & hoc tristi patriæ bello aliquantisper exulans cum familia, & exercitatus morbis, luctu domestico, & rei familiaris detrimentis, quam augere potuissem, si quæstuosas operas, aut diuinationes huic vtili & erudito labori præferre voluissem. Quanta enim commoditas est, quòd retrò etiam ad mundi exordium computari motus cœlestes, ex his tabulis possunt, quod ad inueniendas Eclipses vetustas accommodatissimum est?

Plurimùm autem referret in Chronologia habere rectè ordinatas Eclipses, & magnas Planetarum coniunctiones: qua in re, si Deus qui est fons vitæ, & sapientiæ, confirmabit huius corpusculi vires, & meos labores reget, moliar opus, quod & multis vtile, & tibi Princeps ALBERTE iucundum fore spero.

Multæ omnibus ætatibus apud eas gentes, apud quas Arithmetices & Geometriæ studia floruerunt, vt apud Phœnices, Ægyptios, Chaldeos, deinde & apud Græcos, Siculos, Latinos, machinæ admirabiles Geometrica ratione factæ sunt. Extructæ & munitæ arces, & turres, facti pontes, naues, portus, molæ, tormenta bellica. Talia opera etsi in vita necessaria sunt, tamen durabilia esse non possunt, vt in versu præclarè dicitur. Mors etiam saxis, marmoribusq; venit

Sed motuum tabulæ omnibus temporibus seruiunt, & perpetuæ esse possunt, & longè maiores vtilitates vitæ adferunt, quàm vllæ pyramides, turres, arces, aut Automota. Et tamen præmia maiora mechanicorum artificum fuerunt, quàm eruditorum, qui fontes doctrinæ, & motuum rationem generi humano ad omnem perpetuitatem conseruârunt.

Vnus Rex Alphonsus, in hac senecta mundi, cùm has artes ferè extinctas reuocaret in lucem, vidit non posse rem tantam perfici, nisi & multi coniungerent operas, & à Republica sumptibus iuuarentur. Hunc

scribunt

ſcribunt in illas barbaricas interpretationes, quæ tunc editæ ſunt (meliores enim habere non poterat) & in tabularum conſtructionem contuliſſe, quadringenta millia aureorum. Hanc liberalitatem in re tam pulchra, & vtili, miramur, & magnitudinem ſumptuum prædicamus, cùm his proximis annis compertum ſit, non Reges, ſed multos Principes, quorum opes non ſunt pares Alphonſino regno maiorem pecuniam effudiſſe in ædificationibus inutilibus. Celebrata eſt & Alexandri liberalitas, quod octingenta talenta Ariſtoteli dederit ad inquiſitionem naturæ animantium, videlicet Quadringenta millia, & octingenta millia coronatorum. Voluntatem horum Regum & virtutem probo, ſumptus non ſunt magni: quanto plus enim effudit Alexander in funus Epheſtionis? Sed omitto hanc commemorationem.

Inſtruxit Deus gubernatores facultatibus, quarum pars aliqua conſeruationi Religionis, & artium debetur, idq; ita ordinauit vetuſtas, ſed propter varias vitæ confuſiones, honeſta inſtituta veterum ſubinde mutata ſunt, & mutabuntur. Interea tamen ſapientes & boni Principes cùm ſciant pietatem Deo gratam eſſe, opem ferre ſtudijs religionis & artium, non ſinant prorſus deleri doctrinam vitæ neceſſariam, cogitent ideò ſe in hoc faſtigium diuinitùs collocatos eſſe, vt præcipuè ſint cuſtodes rerum diuinarum, veræ ſapientiæ, iuſticiæ, & pacis. Has res cùm & intelligunt & tuentur, imagines ſunt Dei inter homines, qui hæc ſumma bona vult intelligi, & coli, vt ipſum agnoſcamus qualis ſit, & vt noſtræ mentes cum diuina quantum fieri poteſt congruant. Hæc te ipſum Princeps ALBERTE ſæpe cogitare non dubito præſertim in hac ſenectæ maturitate, maximeq; & optare & anniti, vt ad poſteros tranſmittatur doctrina de Deo integra, & de artibus, quæ & Eccleſiæ & vitæ neceſſariæ ſunt, qua in re vt gubernet te filius Dei, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & te diu ſeruet incolumem, & tibi hæredes donet, qui & virtute patrem referant, & ornatam à te patriam feliciter gubernent, veris cum gemitibus & votis oro. Bene & fœliciter valeat celſitudo tua. Anno Chriſti 1551. die 18 Iulij, qui dies C. Cæſaris ſeculo inſignis fuit exortu caniculæ in Alexandrino Horizonte, ad cuius ſtellæ exortum Ægyptij olim annum ſuum magnum accommodârunt, cùm alioqui æquinoctia & ſolſtitia certis diebus menſium nequaquam eſſent adfixa, ſed porrò vagerentur per ſingulos totius anni dies intra annos 1460. Iulianos.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΙΝΑΚΙΚΩΝ ΕΚΘΕΣΕΩΝ

Ἀστρονομικῆς πραγματείας Ἐρασμου τοῦ Ραϊνολδου, πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας.

Ἐνθάδ' ἰδοὺ πόνου ἀτλάντιον Ἐρασμός
Ἦχ' ὅσ' ἔρεξε παθὼν Ἀμφιτρυωνιάδης,
Οὐρανὸν εἰδυίας προσεπίλησεν πραπίδεσσι,
Σφαιρῴων ξωνελῶν ῥόμβον ἑλισσομένων.
Ἔνθεν δ' τέχνης ἀπίσω ἠρέμα ἀριθμῶν
Γνώσεϊ, ἀενάου πείρατ' ἄληκτα χρόνου.
Γραπτὰς τ' αἰθερίων πᾶσιν ἐν δέλτοισι νοῆσαι
Ἀστροθέτους γυρῶν πολυπλύχων κανόνας.
Ἄλλα σὺ μὴ παρὰ πὰς πρότερον πασσὶ παραβάλλου,
Πολυμαθεῖς κἀυτὰς κἠπὶ ἔχων σελίδας,
Οὕτω γὰ κάματο πολὺ φέρτερος ἐστιν ἐκείνων,
Καὶ γὰ ἀληθείης ἔγγυθι μᾶλλον ἔβη.
Αὐτὸ γὰ δείξει πρᾶγμα, καὶ εἴσεται εἴτις ἀνέγνω,
Σοίτ' ἐρέει τύπων ἕνεκ' Ἐρασμὲ, χάρις.
Καὶ ἐρέει φίλο ὠρανίης τὶς ἐὼν ἄρα μύστης,
Χρυσομανὲς δ' ἄλλοι χρήματ' ἔλοιντο φρύγο.

Ιωαχείμου Καμερ.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΙΝΑΚΙΚΩΝ ἐκθέσεων τοῦ Ἐρασμου Ῥαϊνόλδου πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας.

Πάμμεγεθὲς κέρδο τεχνήματ' ἔχουσιν ἅπαντα,
Ἄθλα, πόνωντε κλέο, κἄλλα βεβαῖα ὁμῶς.
Οἱ παμπόλλοι θαυμάζουσιν ἐκεῖνα, μαθόντες
Ὑμνέουσιν ἄρα κηπὲρ ἐόντα μιχρά.
Ἥδε μόνη τέχνη, ἣ τὰ νόμα ἄστρα ἔδωκαν,
Ἢ πολλῶν ἄλλων χρησοτέρα πέλεται:
Πάντως χλεναθεῖσα, διὰ ἀληθεῖσά τε κεῖται
Ἀκλεὴς ἐς, ἀδικο τ' ἀντι πόνων μεγάλων.
Παῦροι τήνδε θαρσήμιλλοι ζητοῦσιν ἕκαστον
Καιπὲρ ἀναγκαίαν, καὶ μάλα ἀπρόοδον.
Ἣν ἡμῶν πατέρες παιδαιόως ἐξεπόνησαν,
Ἐνθάδε τριψάντις πάμπολυ τοῦδε βίου.

καὶ

Καὶ πάυροις αὐτὴν σώζειν μέλει ἡγεμόνεσσι,
Αλβερτος δ' αὐτῇ ἐστὶν ἄρωγος ἄει.
Τὸν δ' Αλβερτὸν ἔφην, μέγα ὦ κλέος ὡς συνελόντε
Εἰπεῖν, ἐστὶ σοφὸς, καὶ φιλόμουσος ἀνήρ.
Καὶ γενναῖος, ἐπίφθονος, εὖτε προσήγορος, ἦθος
Ἥμερος, ἀψευδὴς, εἶτα παναγνὸς ἔφυ
Σύν τε δίκῃ πάσας πόλιας, δημούς τε κυβερνῶν
Πρὸς βορέαν, πρώτως ῥῆμα θεοῖο φιλῶν
Αὐτὰρ ὅμως ἄνδρες φιλότεχνοι, εὐγενεές τε
Οὐ διὰ τὴν πενίην τούσδε ἐῶσι πόνους:
Ἀλλ' (ὅπερ ἐστι δίκαιον, καὶ ἐπίσημον ἐν ἀνδρὶ
Τῆς ἀρετῆς πολλῆς δεῖγμα) πονοῦσιν ἀεὶ.
Ἐξεργαζόμενοι δείξεις, συστήματα σφαιρῶν
Κυκλογραφοῦντες, καὶ ἄλλα ὅμοια πλέω.
Τάς τε φορὰς μετέπειτα πολυπλανέων ἐνὶ γράπτοις
Καὶ εὖ διαταξαμένοις ἐντιθέασι στίχοις:
Οὕτως καὶ ὁ Εραστμος ἀνὴρ πολλ' ἄλλα πονήσας,
Ὠφελίμων κανόνων τοὺς συνέταξε στίχους.
Τοὺς συνέταξε στίχους εἶπον, μὴ οὕνεκα μίσθων,
Ἀλλὰ μόνης ἀγαθῆς οὕνεκα τῆς ἀρετῆς.
Ἐξ ὧν οὐ μόνον ἄστρων τῶν ἐνὶ ἀστεροέσσῃ,
Σφαίρ' ἕξεις δυσμῶν ἀντολιῶν τε τρόπους.
Ἀλλὰ πολυστρεφεῶν πάντων γυρώματα ῥᾴστα
Πρός τε δαύῃ ὥραν ἥντινα ἔνθαδ' ἕλειν.
Ἔνθάδε παμπόλλάς τε πρόσω πολλάς τε ἐφεξῆς
Ἐκλείψεις ἂν ἔχοις, χ' ἥματα ἴσα, τροπάς.
Τὰς συνόδους, διαμέτρους, ἄλλά τε σχήματα φώτων,
Δώματα οἷσι θεοῦ ὑψικεράυνα φλέγει.
Μήτε σιωπῶμεν ταύτην τὴν ἀξιοπίστην
Χρειὰν, πάντος ἔχεις ὅττι πὸς, ἥματ' ἔτους.
Χρώμενος οὖν τούτοις, εὔχου τὰ ἄριστα Ερασμῳ,
Ὅς τε δρόμους φωτὼν τοῖς ἐν' ἔγραψε στίχοις.

Michael Neander ex valle
Ioachimica.

PRÆFATIO AVTORIS IN *Prutenicos canones cœlestium motuum.*

MVltorum annorum obseruationes factæ ab eximijs artificibus testantur, ex vsitatis tabulis cœlestium motuum non posse amplius calculum proferri cœlo congruentem. Magnam igitur gratiam debemus summo viro Nicolao Copernico, quòd & obseruationes suas multorum annorum vigilijs, & magna laboris assiduitate partas studiosis liberaliter communicauit, & collapsam penè motuum doctrinam restituit, atq; in lucem reuocauit, edito opere suo reuolutionum. Verùm vt Geometrica eius omnia tanquam summi artificis sunt perfecta, & planè elaborata, vt haud sciam an quidquam meliùs in hoc toto genere doctrinæ proferri vnquam possit, ita languisse interdum optimi senis studium in numerorum tractatione res ipsa docet, si quis accuratè consideret canones prosthaphærescon, & conferat ipsius inter se calculum & obseruationes.

Primùm igitur Copernici obseruationes cum Ptolemæi & aliorum contuli quàm accuratissimè, ac præter nudas obseruationes, & demonstrationum vestigia aliud quidem nihil sumpsi à Copernico, sed canonis tùm æqualium motuum, tùm prosthaphæreseon, tùm reliquos deniq; omnes de nouo condidi, in quorum etiam nonnullis aliam prorsus rationem secutus sum, qnàm iudicaui esse maximè conuenientem. Causas verò & rationem singularem compositionum exposui in commentarijs nostris, quos scripsi in opus reuolutionum Copernici. Habet hæc nostra ætas multos eximios artifices ac doctores Mathematum, quibus me longè inferiorem esse scio. Hos sæpè optaui publicorum studiorum gratia suscipere hunc vtilissimum laborem condendi canones. Sed cùm intelligerem præcipuos harum artium Professores incumbere in alias materias suo quodam consilio, ac negligi interea potissimam partem horum studiorum, quotidiè autem vrgerent me multi docti viri, subij ante sex annos hunc laborem, cuius magnitudinem etsi animo vtcunq; præmetiebar, tamen nunc ausim affirmare longè maiorem esse cuiusquam opinione. Et quod potuerim hunc immensum

mensum laborem tam diu sustinere, atq; institutum opus ad exitum tandem perducere, agnosco solius Dei beneficium esse, qui vires tùm ingenij, tùm corporis ad eam rem benignè nobis suppeditauit. Pro quo beneficio mecum alij, quibus labor noster profuturus est, ipsi Deo fonti sapientiæ ac vitæ grati esse debent.

Fortassis autem eximij artifices collatis inter se obseruationibus aliquid in motibus æqualibus deinceps limare poterunt, sed prosthaphæreseon tabulas iudico & retrò & porrò ad totam mundi durationem vtiliter seruituras.

Ex his tabulis anni magnitudo adparens quouis tempore, & maxima ☉. obliquitas supputari potest. Id hactenus desideratum est.

Eclipses luminum hinc certiùs prædici possunt, quàm ex prioribus tabulis.

Etiam retrò supputari possunt tùm motus omnium planetarum, tùm verò Eclipses, ita vt calculus consentiat cum historia obseruationum, præsertim ea, quæ apud Ptolemæum extat, à qua Alphonsinus calculus interdum satis procul recedit.

Et in parallaxibus adieci prioribus septem Climatibus alia item 7. loca versus Boream, atq; omnem supputationem accommodaui ad mediam ☉. obliquitatem, quò rectiùs seruiant Canones parallaxeon omnibus ætatibus.

Postremò has nostras tabulas spero aditum facturas plurimis ad fontes ipsos apud Ptolemæum, & Copernicum penitùs intelligendos, & accendentur nostro labore aliorum studia, vt cogitent porrò etiam de conseruatione huius artis, & emendatione motuum, præsertim æqualium, vt dixi.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ORDO PRÆCEPTORVM.

LOGISTICE SCRVPVLORVM ASTRONOMI-

corum. pag. 1. a

1. De æquando tempore ob inæqualitatem dierum pag. 14. a

2 De æquando tempore ob varietatem Meridianorum. 17. b

3 De accommodatione tẽporis ad vſum calculi æqualium motuum 19. a

4 De Epochis & earum interuallis 20. b

5 Dato annorum numero, â Chriſto, vel porrò vel retrò datus dies anni Iuliani ad quem diem anni Aegyptij quadret. 22. b

6 Dato annorum numero à Chriſto, vel porro vel retro datus dies anni Agyptij ad quem diem quadret anni Iuliani. 23. b

7. Datus dies in anno dato ab initio Chriſti quota ſit feria hebdomadis 24. a

8. De calculo mediorum ſe æqualium motuum. 25. b

9. De partibus, titulis, & vſu canonum proſthaphæreſ. 27. a

10. De veræ præceſsionis æquinoctij verni ſupputatione. 28. b

11. De veris locis ſtellarum fixarum ſeu inerrantium ab apparenti æquinoctio. 29. b

12 Quantum in dato tempore, vel dato aliquo annorum numero adparens æquinoctium recedat á prima ſtella ♈ 30. a

13. De calculo maximæ obliquitatis Solis quouis dato tempore. ibid.

14 In dato aliquo tempore, quantum verni æquinoctij præceſsio æqualis & adparens inter ſe diſcrepent. 30. b

15. De calculo veri ſiue apparentis motus ☉ 31. a

16. De loco medij & veri apogei ☉ 31. b

17 De calculo Eccentrotetis ☉, ad datum tempus. 32. b

18 De motu diurno ☉ inquirendo ad datum diem anni vel à Chriſto, vel ab alia quacunque Epocha. ibidem

19 De motu ☉. horario data eius annua anomalia. 33. b

20 De ratione condenti canonem motus ☉ diarij ad quoduis datum tempus, vel ad quamlibet datam Eccentroteta. ibidem.

21 De calculo adparentis magnitudinis anni tropici ad datum tempus 34. b

22 Qua ratione calculi exploretur dies, & hora adparentis vel æquinoctij vel ſolſtitij. 35. b

23 In dato annorum numero quando Sol ad datum, ab apparenti æquinoctio, punctum zodiaci reuertatur 36. a

24. De calculo veri motus ☽. ſiue à medio loco ☉. ſiue à prima ſtella ♈. ſiue ab adparenti æquinoctio, quodcunq; tempus datum fuerit. 37. b

25 De correctione motus ☽. cum ratio motus eius ſubducta eſt ad tempus aliquod adparens, quod prius in æqualitatem non erat commutatum. 38. a

Ad da-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden

gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

26 Ad datum tempus quantum vel à prima ſtella ♈, vel ab apparenti æquinoctio diſtet in conſequentia, tùm boreus limes circuli lunaris, tùm nodus Lunam euehens in aquilonem. 38. b
27 Quantum in dato tempore boreus limes moueatur in præcedentia, vel à medio loco ☉, vel à prima ſtella ♈. vel á medio æquinoctio, vel etiam ab apparenti æquinoctio. 39. b
28 De calculo veri motus latitudinis ☽. á Boreo limite. 40. a
29 De calculo veræ latitudinis ☽. 40. b
30 De calculo veri motus diurni ☽. ad datum tempus à prima ſtella ♈. ſiue ab adparenti æquinoctio. 41. a
31 De calculo motus ☽. horarij. 41. b
32 De ratione numerandi parallaxin ☉ & ☽. in circulo altitudinis ad quodcunq; tempus ſi prius diſtantia luminis à vertice fuerit data. ibidem.
33 In quibus zodiaci locis hæreant apogea quinq; errantium ſtellarum ♄. ♂ ♀ ☿ ad datum tempus. 42. b
34 De calculo veri motus eorundem 5. Planetarum. 43. a
35 De calculo veri motus Diarij alicuius horum 5. Planetarum. 44. b
36. De compoſitione Canonis veri motus diarij alicuius horum quinq; 45. a
37 Quomodo inquiratur tempus periodicæ ſyzygiæ quorumlibet duorum Planetarum. 46. b
38. Datum tempus quantum antecedat vel ſequatur proxima ſyzygia periodica binorum Planetarum. 47. a
39 Dato anno quomodo tempus medij vel nouilunij ν pleni luenij dati menſis inueſtigetur. 48. a
40 Qua ratione exploretur tempus mediæ ſyzygiæ duorum lumiuum ☉ & ☽, rite conſtitutum eſſe 49. a
41. De motibus æqualibus ☉ & ☽ congruentibus dato tempori mediæ ſyzygiæ duorum luminum. ibidem
42 In datis medijs ſeu æqualibus luminum ſyzygijs quantum exiſtat verus ☽ curſus à medio loco ☉, vel ab eus oppoſito ſub dato horarum numero ante vel poſt mediam ſyzygiam. 49. b
43 De motu ☽ horario vel à Sole, vel à prima ſtella ♈ ante vel poſt datas horas à media ſyzygia data. 51. a
44 Datum zodiaci arcum ſiue ante, ſiue poſt mediam ſyzygiam luminum datam, quanto temporis ſpacio Luna verè à medio loco ☉ percurrat. 51. b
45 Vtrum tempus veræ luminum ſyzygiæ poſterius ſit vel prius tempore datæ ſyzygiæ mediæ. 52. a
46 De interuallo temporis quod intercedit inter datam mediam ſyzygiam & veram eiusdem mediæ, & de tempore veræ ſyzygiæ. 52. b

47 Quo-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

47 Quomodo exploretur vtrum tempus veræ ſyzygiæ rectè conſtitutum ſit, nec ne, & de calculo verorum locorum ☉ & ☽, & veræ latitudinis ☽. 53 b
48 De tempore calculi veræ ſyzygiæ commutando in tempus adparens. 54. b
49. De adparentibus ſemidiametris duorum luminum ☉ & ☽. item de ſemidiametro vmbræ. 55. a
50 Quæ plenilunia ſint ecliptica. 55. b
51. Quantus ſit futurus defectus ☽, vel de digitis eclipticis. 56. a
52 Quantum ſit tempus incidentiæ vel moræ dimidiæ. 56. b
53 Quomodo inuenienda ſit vera ☽ latitudo ad initium & finem eclipſis. 57. a
54 Dato loco luminis, & diſtantia eius à Meridiano verſus ortum & occaſum, quomodo parallaxes eius diſcernendæ ſint in data regionis latitudine. 57. b
55. In dato tempore quantus ſit motus ☽ adparens à ☉. 59. a
56. De interuallo temporis inter veram ſynodum duorum luminum & adparentem. 59. b
57 De ipſo tempore adparentis ſynodi duorum luminum. ibidem.
58 Quomodo examinetur tempus adparentis ſynodi, & de parallaxi ☽ à ☉ in latitudinem ſub ipſa ſynodo adparenti. 60. a
59 De vera latitudine ☽ ſub ipſam adparentem ſynodon. 60 b
60 De latitudine ☽ adparente ſub ipſam adparentem ſynodon. ibid.
61 Vtrum adparens ſynodos duorum luminum ſit ecliptica. 61. a
62 De digitis eclipticis in defectu ☉. ibid.
63 De ſcrupulis & tempore incidentiæ. ibidem.
64 De latitudine ☽ viſa ad initium & finem eclipſis ☉. 61. b
65 De typis ſeu diagrammatis eclipſium deſcribendis. 62. a
66 De ſynodo erraticarum ſtellarum cum inerrantibus. 62. b
67. De ſynodo mutua binorum planetarum. 63. a
68 Vtrum planeta progrediatur vel regrediatur, vel ſit ſtationalis ad datum tempus. 63. b
69 De tempore ſtationis. 64. a
70. De examine accedentis calculi. ibidem.
71 Calculus latitudinis trium ſuperiorum ♄ ♃ ♂. 64. b
72 Calculus latitudinum ♀ ☿. 65. a
73 De occultationibus & emerſionibus horum 5. Planetarum. 65. b

LOGIS-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

LOGISTICE SCRVPVLORVM. ASTRONOMICORVM.

AVTHORE

ERASMO REINHOLDO

SALVELDENSI.



VVITEBERGÆ.

ANNO M. D. LXXXV.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Astrologia. VEtus nomen est Astrologiæ, qua intelligebant olim doctrinam non solum de viribus seu effectibus, verum etiam de motibus syderum ac corporum cœlestium. Posterior autem ætas eam doctrinam, quæ rationem motus

Astronomia. stellarum contemplatur ac numeris persequitur, Astronomiam consueuit dicere, & Astrologiæ nomen accommodauit ad solas prædictiones de euentibus, qui astrorum motibus & positu efficiuntur, aut significantur in hac inferiori natura. Verum de hac diuinatrice parte aliàs dicitur. Astronomia igitur sicut alijs duabus

Organa Astronomiæ Geometria, & Arithmetica. artibus tanquam organis potissimum extruitur, & absoluitur, Geometria scilicet & Arithmetica: ita eius vsus percipitur aliàs numerorum subsidio, aliàs per instrumenta qualia sunt Astrolabia, Aequatoria, Meteoroscopia. Constat enim initia huius dulcissimæ & sanctissimæ artis proficisci ab obseruationibus de cœlo sumptis per Ptolomæi Regulas, seu armillas, & id genus alia instrumenta. Hinc Geometria in constitutione artis duplex sibi munus vsurpat, quia & Hypotheses congruentes apparentium anomaliarum periodis profert, & ut ars coacta in numeros queat ad communem vsum in vita omnibus seculis sine magna molestia transferri, ab-

Doctrina triangulorum. ditam & exquisitam rationem aperit, quam doctrinam triangulorum vocamus. Per hanc enim doctrinam ex primis illis motuum obseruationibus rite inter se collatis & tractatis offerunt se tùm æquales seu medij motus, tum horum differentiæ ad eosdem medios motus vel adijciendæ vel demendæ, vnde apparentia loca stellarum quouis tempore in cœlo etiam sine intentione obseruationis solo numerorum præsidio quàm facilime innotescunt. Itaq; Geometria vtranq; huius Philosophiæ partem potissimum gubernat, quarum prior quidem θεωρητικὴ motuum considerationem certis hypothesi-

θεωρητικὴ ποιητικὴ *pars.* bus subijcit, posterior autem ποιητικὴ admiranda solertia et industria stellarum motus vel in numeros conijcit, vel ex his rursum in certa instrumenta, sed vt multi propter ignauiam vel inscitiam numerorum perperam credunt organicam illam motuum rationem expeditiorem esse ac vsu faciliorem, (iucundam enim plenamq; artificij esse quis negauerit?) ita non dubium est numerorum rationem longe esse certissimam, ac Canones seu tabulas motuum cœlestium omnibus Astronomicis instrumentis esse plurimum anteferendas.

Duo genera Canonum. Sunt autem duo velut genera canonum, quibus cœlestium motuum calculus explicatur. Alij enim proponunt calculum primi motus ab ortu in occasum, qui motus omnibus Sphæris cœlestibus communis

munis est, cuiusmodi sunt Canones primi motus Regiomontani Directionum & similes Alij vero proponunt calculum motus stellarum tum erraticarum tum fixarum, æquinoctiorum & solstitiorum magnitudinis anni, Eclipsium, Coniunctionum & similium. cuius generis sunt hæ nostræ Prutenicæ tabulæ, quas adiuti liberalitate inclyti Ducis Borussiæ, magno sanè & difficili labore longi temporis condidimus, collatis inter se accurate obseruationibus priscis & recentibus, quemadmodum alibi hæc demonstrauimus. Iam ex his omnibus manifestum est, inquisitionem cœlestium motuum fieri absq; numerorum doctrina atq; exercitio non posse. Cum autem Astronomicus calculus aliquantulum dissimilis sit vsitatis præceptis doctrinæ numerorum, etsi seorsim logisticen scrupulorum Astronomicorum conscripsimus, tamen operæ precium duximus, summam præceptorum illius, quantum nostro instituto satis est, breuiter hic recitare.

NVMERATIO.

Ac primum quidem satis constat, ob eandem causam & annum in duodecim menses, & zodiacum circulum in quo Sol, Luna, ac quinque errantes seu Planetæ vehuntur, diuidi in duodecim partes, quas latini signa, Græci à numero δωδεκατημόρια appellant. Intra anni enim spacium quo Sol Zodiacum perlustrat, Luna ad Solem duodecies reuertitur, totiesque diametrum ei locum transit. Ac quia interea, dum Luna a Sole digressa eundem rursus consequitur, triginta fere dies elabuntur, ideo cœli spacium quod Sol medio tempore emensus est, in totidem partes secari intelligitur, quas à gressu Solis diurno videntur posteriores dixisse gradus. Ex his fontibus, quos natura ipsa monstrat, oritur illa hypothesis Astronomica Zodiacum & in vniuersum circulos cœlestes omnes, cum vsus postulat, cogitatione diuidi in partes 360. ac vni dodecatemorio attribui partes 30. Iam hoc ab arte non natura constitutum est, partes rursum singulas velut integra diuidi in 60. scrupula prima, vnum scrupulum primum in 60. secunda, Secundum vnum in 60. tertia, similiter tertium, quartum, quintum, in quarta, quinta, sexta, qua ratione licebit semper progredi, quoties calculi vsus requirit. Hæc scrupula vocant Græci λεπτὰ ἢ ἑξήκοντα. πρῶτα, δεύτερα, τρίτα, τέταρτα, πέμπτα, ἕκτα, & sic vlterius, Prætulit autem reliquis numeris erudita & ingeniosa antiquitas sexagenarium ob eam causam, quia inter minores nullus alius adeo

Circulus cœlestis diuisus in δωδεκατημόρια vel duodecim signa.

Partes vel gradus 360. cuiusq; circuli.

Scrupula sexagesima.

Numerus sexagenarius.

multiplices partes habet, scilicet. semissem, trientem, quadrantem sextantem, præterea partem quintam, tum decimam tum, duodecimam; tum decimam quintam, tum vicesimam & tricesimam. Nec solum partes seu gradus circuli velut integra in minutissimas ac subtilis. quasq; particulas sexagesimas distribuimvs, perpetua diuisione sexagenaria, verum ipsa quoq; integra eodem sexagenario colligimus seu coagmentamus, vt fiant sexagenæ vel ἑξηκοντάδες: vt 60 partes, id est sextans circuli, sunt vna sexagena prima. Rursum 60. sexagenæ primæ partium, id est decem integri circuli sunt vna sexagena secunda. Adhunc igitur modum etiam in accumulandis seu coaceruandis integris ascendere licebit, donec vsus postulauerit. Quemadmodum igitur naturalis numerorum series crescit in infinitum vel decrescit vnitatis vel adiectione vel abiectione; ita species numerorum huius logisticæ perpetuo seruant eandem speciem analogiæ, nempe sexagecuplam, vt vna sexagena prima est sexagecupla partis, vna pars sexagecupla est vnius scrupuli primi, vnum scrupulum primum sexagecuplum est vnius secundi scrupuli, & sic porro descendendo, vel econtra, sicut vnum scrupulum secundum sexagesimum est vniús primi, ita vnum primum sexagesimum est vnius partis, & vna pars sexagesima vnius sexagenæ, & sic porro ascendendo donec libuerit.

Sexagenæ

SYSTEMA *Specierum huius logisticæ.*

Analogia sexagecuplæ rationis

Quantum autem sit compendij & facilitatis in calculo, vbi vel natura vel arte talis specierum analogia constituta est, non ignotum est erudite versantibus in ea logistice, quam docti χηματισμὸν vocant, & postea adparebit in multiplicationibus ac diuisionibus huius logisticæ. Qua in re illud etiam considerandum est, quam breuiter subtilissimæ minutissimæq; particulæ totius enuncientur, vt vnum scrupulum primum est vna sexagesima particula partis vnius tanquam integri, scrupulum vero secundum est vna tricesima sexta particulæ centesimæ partis vnius seu gradus tanquam integri. Scrupulum autem tertium, est vna ducentesima sedecima particulæ millesimæ partis similiter vnius. In hunc modum iuxta continuam progressionem seu analogiam diuisionis sexagenariæ iudicandum est de reliquis scrupulis posterioribus vel succedentibus. Similiter in partib. ipsis seu gradibus eadem analogia multiplicationis seu coagmentationis sexagenariæ compendium efficit. Nam sicut vna sexagena prima constat 60. partibus, ita vna sexagena secunda 3600. partibus & vna tertia sexa-

Vtilitas huius logisticæ.

sexagena partibus 21600. & superiores vel antecedentes sexagenæ similiter.

Porro non tantum in circulo hoc systema scrupulorum & sexagenarum artificis cogitatio instituit, verum etiam in alijs omnibus rebus, circa quarum considerationem Astronomia versatur. Sic ordinamus dierum scrupula, prima, secunda, tertia, aut eorundem dierum sexagenas primas, secundas, tertias. Quam rationem sequuntur Alphonsini, & aliqua ex patre Copernicus in collectionibus æqualium motuum, vt suo loco dicemus. Sic annorum præsertim Aegyptiacorum, qui inter ciuiles annos soli æquales inueniuntur, ordinamus sexagenas ex Copernici instituto. Ad eundem modum tum horas diuidimus in scrupula prima & secunda, tum alia omnia quæ astronomico calculo subiecta sunt.

Iam vt in summam quandam conferamus, quæ hactenus dicta sunt, sciendum est quod tota vis numerationis in hac logistice consistat in iusta collocatione seu ordinatione specierum, vt velut medium locum occupat, vel gradus circuli, vel id cui integri vim artificis cogitatio adsignat. Hunc medium locum versus dextram antecedunt sexagenæ collectæ ex integris, scilicet integra proxime antecedunt sexagenæ primæ, has rursum proxime antecedunt secundæ, & sic deinceps. Similiter medium locum versus sinistram proxime sequuntur scrupula prima, hæc immeditate sequuntur secunda, inde tertia, quarta, & cætera suo ordine, quemadmodum hic adparet. *Medius locus proxime antecedit scrupula prima.*

SEXAGENAE			SCRVPLA SEXAGESIMA				
tertiæ, secundæ, primæ			INTEGRA, prima, secunda, tertia, quarta, quinta, &c				
$3^{æ}$.	$2^{æ}$.	$1^{æ}$.	0.	1^{a}.	2^{a}.	3^{a}.	4^{a}.	5^{a}.
Dextra pars.			Medium.		Sinistra pars.			

Cæterum in his scrupulis sexagesimis quidam decima scrupula extrema statuunt, quasi vltra progredi non liceat. Verum vt raro ad decima vsq; descendit calculus, ita aliquando vtiliter potest decima transcendere. Ideoq; calculus periti supputatoris ipse finem sibi præscribet, sicut in magnis multiplicationibus, diuisionibus, & radicum extractationibus adparet, præsertim ijs, quæ apud Ptolomæum in μεγάλῃ συντάξει, aut in opere de Reuo- *Non est otiosa subtilitas progredi ad sexta scrupula vel vltra.*

 lutionibus

lutionibus orbium cœleſtium apud Copernicum occurrunt. Canones autem æqualium motuum Ptolomæi ad ſexta vſq; perueniunt tametſi in annotationibus verorum motuum diarijs arduum ſit calculum à gradibus & primis ſcrupulis non aberrare At in medijs ſeu æqualibus motibus diurnis ſumma eſt adhibenda præciſio, quia vel exiguum erratum medij motus temporis diurnitate non paruam artis ruinam trahit, Vt neglectio vnius quarti ſcrupuli in diurno motu videtur nullius momenti eſſe, & tamen annis fere ſexcentis in vnum primum ſcrupulum euadit. Student autem veri artifices mediorum motuum canones ita conſtituere, vt ſi fieri poſſet ab uno principio ad multas annorum myriades recte ac ſine vitio vllo accommodari & adhiberi poſſent.

γραφικὸν *compendium.*

Poſtremo hoc non diſſimulandum eſt, quod antiquitas vſa ſit & γραφικῷ compendio in his ſcrupulis deſignandis. Non enim integras adpellationes ſpecierum aſcribebant numeris, ſed ex apicum multitudine, quos numeris ipſis ſuperſcribebant, ſpecies eorum intelligebant. Vt, 0. 59. 8, 11. 22. 16, 11. 15. ſignificant 0, partem, 59, ſcrupula prima, 8. ſecunda, 11, tertia, 22, quarta, 16. quinta, 11. ſexta, 15. ſeptima. Quod elegans compendium nobis quoque non erit aſpernandum.

προσθεσις.

ADDITIO.

Additionis & ſubtractionis ratio in hac logiſtice vel ex vulgaribus præceptis numerorum aut etiam communi ſenſu penè iudicari poteſt. Quis enim hæc ignorat primum ritè deſcribendos eſſe numeros, ut ſimiles ſpecies collocentur ſub ſimilibus ſcilicet, ſexagenæ ſub ſexagenis, gradus ſub gradibus, ſcrupula prima ſub primis, & ſic deinceps? Deinde quod à dextra velut à tenuiſsimis particulis inchoanda ſit additio, in qua ſi ſub aliqua ſpecie colligitur numerus maior ſexagenario, abiecto eodem quoties id fieri poteſt, tot vnitates numeris antecedentis vel ſuperioris ſpeciei addantur, Vbi tamen obſeruabis, num in aliqua ſpecie numerus minor ſexagenario vnitatem in antecedenti ſpecie verſus ſiniſtram conſtituat, quod interdum fit circa medium locum, in quem reponimus ſpeciem eam ad quam velut integrum omnes aliæ ſpecies tum ſuperiores vel antecedentes, tum poſteriores vel ſequentes referuntur, Vt 30. partes ſeu gra-

seu gradus Zodiaci conficiunt vnum δωδεκατημόριον vel signum & 24. horæ vnum diem, & si qua sunt his similia. Tametsi hanc coagmentationis dissimilitudinem seu anologiæ turbationem per se non admittunt nec multiplicatio, nec diuisio, nec radicum extractio, Vt suo loco patebit. Habet autem vsum hæc logisticæ pars præcipue in colligendis seu constituendis ἐποχαῖς æqualium seu mediorum motuum ad sequentia tempora constitutam aliquam ἐποχὴν, item in multiplicatione, denique in condendis seu propagandis canonibus æqualium motuum,

Vsus additionis.

παράδειγμα constituendi epochen æqualis motus ☉. simplicis ad annum Domini 1490. diem 17. Maij horis duabus ante meridiem, quod est tempus natale Illustrissimi Principis ac Domini Dn. Alberti Marchionis Brandenburgensis Ducis Borussiæ etc.

Supputatio medij seu æqualis motus.

	Sex. gra.	I	II	III	IIII
Est autem epocha seu radix annorum CHRISTI	4	32	29	51	32 55
Inde æqualis motus annorum 1400		5	50	45	11
Et annorum 80		5	59	28	18
Et annorum deniq; 9 plenorum		5	59	41	39
Et ab initio 90. anni ad finem Aprilis		1	58	16	23
Et 16 dierum plenorum, Maij scilicet		0	15	46	11 32 55
Et postremo horarum 10. vt à media nocte præcedenti		0	0	24	38
Omnia hæc coniecta in vnam summam faciunt		0	36	52	18

Abiectæ autem sunt 24. sexagenæ, id est quater sex sexagenæ tanquam quatuor integri circuli, Vt postulat calculus astronomicus. Nam in cœlestium motuum computationibus non illud proprie quæritur, quoties stella aliqua zodiaci orbitam à condito mundo, vel à diluuio, vel ab alio quocunq; initio perlustrauerit. Sed quantum distet à certo quodam puncto, vt à verno æquinoctio, vel à prima stella ♈. hoc aut illo momento temporis quod proponitur.

DE COMPOsitione canonum medij motus.

Sed si placet condere vel propagare Canonem æqualis motus, verbi gratia, diurni simplicis ☉, præscribe tibi tanquam fundamentum, æqualem motum diurnum simplicem ☉, qui est 0 gra. 59 1^a, 8 2^a, 14 3^a, 22 4^a, 16 5^a, 11 6^a, 15 7^a. Cui in extremo margine siniſtro adscribe notam vnitatis, sub qua descendendo porro scribe seriem numerorum, quousque progredi visum fuerit. Inde motum hunc diurnum sibi ipsi semel adde & habebis motum bidui

tum bidui, scilicet 1. gra. 58 1^a, 16 2^a, 22 3^a, 44 4^a 32 5^a, 22 6^a, 26 7^a, collocandum è regione binarij. Huic iterum adiunge motum diurnum, & habebis motum tridui collocandum iuxta ternarium sinistrum. Huic rursum adijcito motum diurnum, & conflabis motum quatridui, & sic consequenter ne in re plenissima sim verbosior, vt.

DIEs	S	gr.	'	''	'''	''''	'''''	''''''	'''''''
1	0	0	59	8	11	22	16	11	15
2	0	1	58	16	22	44	32	22	29
3	0	2	57	24	34	6	48	33	44
4	0	3	56	32	45	29	4	44	59
5	0	4	55	40	56	51	20	56	13
6	0	5	54	49	8	13	37	7	28
7				&c.					
8									
9									
10									
&c.									

Varia δοκιμασία vel examen

Ac quia Canones mediorum motuum, oportet esse quam emendatissimos, proderit etiam hanc δοκιμασίαν seu collationem instituere; quam ex hoc exemplo facile transferet peritus lector ad alia. Si addis motum diurnum ad motum quinq; dierum non dubium est, quin emergat motus 6. dierum, qui tum ex duplo motus tridui, tum ex coagmentatione motus bidui & quatridui existere debet, quemadmodum notum est.

Similiter propagabis æqualem motum in alijs temporum speciebus, vt annis, mensibus, horis, nisi quod in annis Iulianis rationem bisexti habere oportet, deinde & menses sunt inæquales, quia constant aut 28. aut 29. aut 30. aut 31. diebus, quod accurate in hoc negocio obseruari conuenit.

ἀφαίρεσις.

SVBTRACTIO.

Vt dictum est in præcedente parte, prima cura debet esse iustæ collocationis, & conuenientius superiori loco scribuntur numeri, vnde debet fieri subtractio, inferiori autem loco ij numeri, qui ab alijs auferendi sunt. Inde similia auferantur à similibus facto initio à tenuissimis seu minimis scrupulis, vt à dextris versus sinistram regrediaris, sicut in additione. Quod si acciderit, vt in aliqua specie inferior numerus á superiori subduci non queat, memineris quod sicut in additione redundante sexagenario

sub

sub aliqua specie vnitas transferebatur ad antecedentem speciem, ita hîc vnitas à vicina specie antecedente mutuanda sit, ac resoluenda, vnde sarcias inopiam superioris numeri, à quo subtrahendum est. Hæc præcepta nihil nec noui habent, nec difficultatis. Etsi autem absurdum videtur maiorem numerum à minore subtrahere, tamen in Astronomicis calculationibus id subin de occurit, cui inopiæ ita subueniendum est, vt ei numero, vnde subtrahendum est, adiungas integrum circulum, & postea expedia subtractionem. Sicut enim in additione integros circulos omnes abijcere solemus, ob eam causam, quam supra cõmemorauimus: ita vicissim in subtractione quoties maiorem numerum auferre oportet ex minori, eidem minori integer ac quasi reiectus circulus, quem stella proximè perambulauit, adiungendus est, vt ex eo tanquam priori, alter numerus tanquam posterior pars subduci queat. Habet autem hæc pars logisticæ vsum in uenandis differentijs numerorum tum aliorum, tum eòrum qui in Canonibus Prosthaphæreseon collocantur, ex quibus sanè differentijs τὸ ἐπὶ βάλλον siue pars proportionalis elicitur, vt aliquanto post dicendum erit. Item in diuisionibus, & radicum extractionibus vsum habet. Item quoties ἐποχὴ æqualium motuum aliam quæ constitutam in tabulis seu nostram aliquam antecedit, firmare seu fundare libuerit. Cuius rei & aliarum præceptionum exemplum sanè hoc sumatur Epocha æqualis motus ☉ simplicis ad initiũ annorum CHRISTI saluatoris nostri est 4. sex 32. par. 29 1^a, 51 2^a, 32 3^a, 55 4^a, Libet autem retro constituere aliam epochen, quæ hanc plenis annis bis mille antegreditur. Ex canone igitur æqualis motus ☉ simplicis respondent duobus millibus annorum 5 sexagenæ 46. part. 47. 1^a, 23 2^a, 54 3^a. 42 4^a, quæ ab epocha annorum Christi deducenda sunt, adiecto prius circulo, id est 6. sexagenis partium, sicut monuimus. Eritq; Epocha noua duobus millibus annorum primordium annorum Christi antecedens 4. sex. 45. part. 42 1^a, 27 2^a, 38 3^a, 13 4^a,

Maior numerus quomodo subtrahendus à minori.

Vsus subtractionis.

Epocha retro constituenda

10	sex.	32	par.	29 1^a.	51 2^a,	32 3^a, 55 4^a,
5		46		47	23	54 42
Reliquum 4		45		42	27	38 13

seu differentia duorum numerorum.

πολλαπλασιασμός.

MVLTIPLICATIO.

Etiam in sequentibus partibus logisticæ tantum nuda præcepta recitabimus adiectis exemplis. Demonstrationes enim harum præceptionum petat studiosus lector vel ex nostra scrupulorum Astronomicorum logistice in qua copiosior à nobis huius tractationis explicatio

inſtituta eſt, vel ab alijs, qui hæc eruditius docuerunt. Properamus enim ad ſequentia quorum cauſa hæc prius non obiter cognoſcenda, ſed benè diſcenda & exercenda ſunt.

Definitio multiplicationis.

Eſt autem multiplicatio, cum datis duobus numeris alius ita propagatur, vt vter liber eorum toties ſibi ipſi accumuletur, quot in altero ſunt vnitates, vnde fit, vt quoties coagmentata vnitas gignit priorem numerum, velut multiplicantem, toties coaceruatus & poſterior, vt multiplicandus gignat eum, qui ex mutua eorundem duorum multiplicatione exiſtit. Quare in multiplicatione quatuor occurrunt numeri proportionales hoc modo, vt ſicut vnitas eſt ad multiplicantem, ſic multiplicandus ad eum, qni procreari dicitur. Nec quidquam refert, vtrum ex duobus datis numeris maiorem ne vel minorem, ſtatuas multiplicantem vel multiplicandum: priorem vel poſteriorem. Hæc quia & per ſe facilia ſunt, & nota ex vulgaribus artis numerorum elementis, nihil attinet hoc loco prolixius explicare. Ex his autem fontibus definitionis regula ſumitur, cuius in hac doctrina ſcrupulorum vſus latiſsimè patet. nempe quòd numerus, quem gignit mutua duorum multiplicatio, totidem interuallis diſtet à multiplicando, quot diſtat interuallis, multiplicans ab integro velut vnitate, quemadmodum mox ex ſequentibus erit perſpicuum.

Regula vniuerſalis.

II. De ſpecie emergenti ex duarum multiplicatione.

Ac ut dextre & facilè iudicari queat quæ ſpecies ex alijs duabus inuicem multiplicatis exiſtat, ſit hæc breuis tabella in conſpectu, vel animo potius incluſa, quàm ſupra in enumeratione propoſuimus, in qua integrum, quaſi medium interſtitium, ad ſiniſtram habet ſexagenas ex integris coagmentatas, ad dextram vero ſcrupula ſexageſima vnius integri, quod quidem aliam notam præter cypharam non habet.

////	///	//	/		/	//	///	////	/////	//////	///////
4æ	3æ	2æ	1æ	0	1a	2a	3a	4a	5a	6a	7a
Quartæ	Tert,	Secun,	Pri,	INTEGRA	Prima,	Sec,	Tett	Quart,	Quint,	Sex,	Sept.
	SEXAGENAE				SCRVPVLA						
	ἑξηκοντάδες:				ἑξήκοστα.						

Aut igitur inuicem multiplicantur ſpecies, quæ ſunt eiuſdem generis, vt ſexagenæ in ſexagenas, vt ſcrvpula in ſcrupula. Aut ſpecies diuerſorum generum vt ſexagenæ in ſcrupula, vel ſcrupula in ſexagenas.

Prima Regula.

Si multiplicantur inuicem ſpecies eiusdem generis, notæ vel numeri earum inuicem additi monſtrant ſpeciem emergentem ex ipſarum multiplicatione, quæ quidem ſemper manet in eodem genere, vt ſi multiplices primas ſexagenas in ſecundas, exiſtunt tertiæ ſexagenæ, eo quòd ex notis vel numeris earum ſpecierum, ſcilicet 1, 2. aggregatur ternarius nota tertiarum ſexagenarum. Similiter quoque de ſcrupulis

iudicabis

iudicabis Sed si diuersi generis species inter se multiplicantur, aufer notarum numerum minorem à maiori, & reliquus numerus iudicabit tum genus tum speciem, quæ exillarum multiplicatione existit, vt si multiplices tertia scrupula in primas sexagenas, ablata vnitas ex ternario relinquit binarium. Ideo pronunciabis ex multiplicatione hac enasci secunda, & quidem scrupula, non sexagenas eò quòd scrupulorum nota maior erat, quàm sexagenarum. *Secunda.*

Iam ex his apparet veritas prioris regulæ, quòd mutua duarum specierum multiplicatio gignat aliam speciem, quæ tot interuallis abest à multiplicanda, quot interuallis multiplicans ab integro. Repetatur enim proximum exemplum, in quo terrijs scrupulis multiplicatis in primas sexagenas fieri diximus scrupula secunda, Sicut enim 3ª scrupula tribus absunt interuallis ab integro, ita & totidem interuallis à primis sexagenis absunt secunda scrupula. Vel sicut inter integrum & primas sexagenas vnum tantum interest interuallum, ita quoq; inter secunda scrupula & terria.

Integrum autem quamcunq; speciem multiplicet, gignit per se quidem eandem, sed fieri potest, vt altera quoq; species accedat, nempe superior vel anterior, vt paulò pòst dicendum erit.

De duabus sequentibus tabellis.

Etsi autem studioso lectori arbitramur hæc satis facere, tamen quia alia alijs sunt grata vel apta, non piget etiam duas tabellas adijcere, quæ emergentem speciem oculis ipsis subijciunt, quarum altera triangularis est, altera quadrata. Prioris tabellæ vsus erit, cum species eiusdem generis inuicem multiplicantur, siue scrupula in scrupula siue sexagenæ in sexagenas. Quæres autem, species inter se multiplicandas in extremo gnomone, qui superiori vel transuerso latere & descendenti aream tabellæ intra se admittit ita ut semper maiorem speciem accipias in transuerso latere, minorem in descendente. Angulus enim communis seu proselis angularis, vt quidam loquitur, indicabit speciem nascentem ex multiplicatione, ut si multiplices quinta in tertia, in proselide angulari obijcituntur ga quæ inde nascuntur, Nascuntur autem scrupula ex scrupulis, sexagenæ ex sexagenis vt prius dictum est.

At posterioris ac quadratæ tabellæ vsus est cum inuicem diuersorum generum species multiplicantur. Similis autem gnomon quadrata m aream intra se admittit, in cuius quidem gnomonis latere transuerso vel superiori species scrupulorum ordine collocantur vsq; ad decima in descendenti autem latere sexagenarum species.

Cum igitur diuersæ species multiplicantur, scrupula in hac tabella sursum quære, sexagenas deorsum, rursus enim in proselide angulari obijcietur species, quæ emergit, scrupulorum quidem si fuerit supra

lineam diagoniam, ſexagenarum autem, ſi fuerit infra eandem. Nam diagonia illa linea in omnibus cellulis habet gradus vel integra. Hactenus igitur dictum nobis ſit de emergenti ſpecie.

¶ Huius tabulæ vſus eſt cum ſpecies eiusdem generis inuicem multiplicantur.

	De.	No.	Oct.	Sep.	Sex.	quin	quar	Ter	Sec.	pri,	gra.
Grad.	10a	9a	8a	7a	6a	5a	4a	3a	2a	1a	gra.
Prim.	11a	10a	9a	8a	7a	6a	5a	4a	3a	2a	
Secun.	12a	11a	10a	9a	8a	7a	6a	5a	4a		
Tert.	13a	12a	11a	10a	9a	8a	7a	6a			
Quart.	14a	13a	12a	11a	10a	9a	8a				
Quin.	15a	14a	13a	12a	11a	10a					
Sext.	16a	15a	14a	13a	12a						
Sept.	17a	16a	15a	14a							
Octa.	18a	17a	16a								
Non.	19a	18a									
Deci.	20a										

HVIVS TABELLAE VSVS EST CVM DIuerſorum generum ſpecies inter ſe multiplicantur.

SCRVPVLA.

	Pri.	Sec.	Ter.	quar	quin	Sex	Sep.	Oct.	No.	Dec
Prim.	I	1a	2a	3a	4a	5a	6a	7a	8a	9a
Secun.	1æ	N	1a	2a	3a	4a	5a	6a	7a	8a
Tert.	2æ	1æ	O	1a	2a	3a	4a	5a	6a	7a
Quart.	3æ	2æ	1æ	T	1a	2a	3a	4a	5a	6a
Quin.	4æ	3æ	2æ	1æ	O	1a	2a	3a	4a	5a
Sex.	5æ	4æ	3æ	2æ	1æ	E	1a	2a	3a	4
Sept.	6æ	5æ	4æ	3æ	2æ	1æ	O	1a	2a	3a
Octa.	7æ	6æ	5æ	4æ	3æ	2æ	1æ	G	1a	2a
Non.	8æ	7æ	6æ	5æ	4æ	3æ	2æ	1æ	R	1a
Dec.	9æ	8æ	7æ	6æ	5æ	4æ	3æ	2æ	1æ	A

SEXAGENAE

SCRVPVLA

SEXAGENAE, Fit

Fit autem plerunq;, vt ex multiplicatione duarum ſpecierum ,non vna tantum enaſcatur ſpecies, ſed aliæ rurſus duæ, quarum inferior proprie quadrat ad regulas & tabellas, quas modo propoſuimus, altera vero ſuperioris loci eſt, ac ſexagenaria coagmentatione exiſtit. Etſi enim maximus numerus ſub qualibet minor eſſe debet ſexagenario, tamen pleriq; etiam numeri infra ſexagenarium, dum inuicem multiplicantur, procreant numerum maiorem ſexagenario, ut ſi 15 gradus multipliees in 21. ſcrupula prima, exiſtunt quidem iuxta ſuperiores regulas ſcrupula prima ſed numero 315. quæ coagmentata per ſexagenarium efficiunt gradus 5, ſcrupula prima 15. Itaq; in hac Aſtronomica multiplicatione plærunq; opus erat etiam ſexagenariam diuiſionem adhibere. Hic geminus labor vna in re, cum non iniuria moleſtus ac laborioſus videretur, ab ingenioſis hominibus vtiliter excogitatus eſt canon ſexagenarum, & ſcrupulorum ſexageſimorum, quem ſeorſim tibi exhibemus, velut tabulam manualem, vt vno aſpectu omnia ſint obuia, quæ in hac πραγματεία ſeu tractatione deſiderari poſſunt. Hic canon à quantis nos moleſtijs liberet in multiplicationibus, diuiſionibus, & radicum extractionibus Aſtronomicis, apparebit poſtea. Eſt autem forma eius non omnino quadrata, ſed oblongior, & componitur ex duabus areis. priori quidem trapezia, quæ locum inferiorem tenet, poſteriore autem ſimul & ſuperiori triangula. Quare duplicem lineam diagoniam efficit, in cuius cellulis ſeu domicilijs quadrati numeri collocantur, vt poſtea patebit In extremo autem limite trapezij ad ſiniſtram deſcendendo ſunt numeri poſiti iuxta naturalem ſeriem, ab vnitate vſq; ad 60. ſed in diagonia linea ab vnitate tantum ad 30. perinde vt & in tranſuerſa linea inferiori, denique à 30. vſq; ad 60. in extremo limite ad dextram eiuſdem trapezij, Similiter in trianguli tranſuerſa linea, ſcilicet ſuperiori, ponuntur numeri à 60. vſque ad 31 retrogradé, ac ijdem numeri ſimliter deſcendendo in eiuſdem rriangu-li dextro limite. Hæc etſi ex aſpectu canonis per ſe fiunt nota, tamen quia hi extremi numeri ſunt indices illius inueſtigationis, de qua deinceps dicemus, non piguit monere.

III. de canone.

Occaſio canonis.

Deſcriptio canonis.

Iam de vſu canonis ſit hæc prima regula Quando alter numerorum inuicem multiplicandorum minor fuerit trigenario, vtendum eſt trapezio: ſed ſi vterq; maior, vtendum eſt triangulo. Altera, ſemper maiorum erus quæren dus eſt in limite vel latere, ſiue dextro ſiue ſiniſtro Minor autem in linea diagonia vel tranſuerſali, ſiue ſuperiori ſiue inferiori; Tertia, in angulo communi ſeu proſelide angulari, inuenies id quod naſcitur ex vtriuſq; dati numeri mutua multiplicatione & quia ſemper bini numeri offeruntur in angulari cellula; dexter

De vſu canonis regulæ.

1
2
3

quidem siue sequens proprie est illius speciei, de qua regulas tradidimus siniſter autem vel antecedens ad speciem vno loco superiorem pertinet. Vt sint rursum multiplicandi 15, gradus in 21. scrupula prima, accipe 15. in linea diagonia trapezij, & 21. in latere siniſtro. Inuenies igitur in angulari proselide 5. 15. id est, 15. scrupula prima, cum 5. gradibus. Nec opus esse arbitror vti pluribus exemplis in re planissima, cum & in sequentibus idem subinde repetemus.

IIII. Præcepta multiplicationis.

Restat, vt his ita præparatis præcepta nunc multiplicationis subiungamus. Datis ergo duobus numeris inuicem multiplicandis, commodius maiorem collocaueris supernè, & minorem infertè. Maiorem autem numerum voco eum, qui in plures species distributus est. Sic autem coiloca vt vltima species inferioris seu minoris numeri rectà consistat sub vltima specie superioris vel maioris numeri, nec modo refert, utrum diuersæ, vel eædem species in eundem locum conueniant. Posteasubtus inferiorem numerum ducito lineam siue simplicem malueris siue duplicem. Deinceps iuxta doctrinam de vsu canonis proximè traditam multiplicato vltimæ seu minimæ inferioris speciei numerum ordine in singularum specierum superiorum numeros à dextra versus læuam progressus, ac ordine promouens versus siniſtram scribe numeros, qui ex multiplicatione nascuntur, siue singuli sint, siue bini, quod plærumque fit. Hinc subducta linea discriminis causa multiplcato iam similiter penultimæ speciei inferioris (si qua adest) numerum in omnes superiores suo ordine & initium scriptionis natorum numerorum facies sub ipsis penultimis speciebus, supra primam lineam positis. In hunc modum petge, donec omnes inferiores numeros in singulos superiores duxeris, sicut etiam in vulgari logistice de multiplicatione præcipitur. Fortasse autem proderit duxisse lineas perpendiculares, vt singulæ species citra erroris suspicionem rectè discernantur, Quod cuiusq; industriæ relinquitur. Ad extremũ igitur singulorum locorum vel specierum numeros conijce in vnam summam, reiectis subinde 60, & pro eis vnitate antecedentibus addita, vt in additione docuimus.

Exemplum primum.

Sed vnum atq; alterum exemplum adijciamus huic longo præcepto ex quibus cætera omnia similiter æstimabit prudens lector. Diurnus motus solis compositus, scilicet, à medio æquinoctio est scrupulorum $59\ 1^a$, $82^a, 193^a, 374^a, 245^a, 256^a, 417^a, 398^a$. Cupio scire motum 30. dierum. Id ita cognosces, si 30. multipilcaueris in omnes numeros diurni motus ☉. vt primum 30. multiplicata in 39. faciunt 19. 30. scribe 30. sub 39, & 19. loco piori. Inde in 41. ducta 30. faciunt 20. 30. scribe 30. sub 19. & 20. loco rursum priori. Ad hunc modum vsque ad vltimum numerum iuxta siniſtram pergentes, & addentes

tes inuicem singularum specierum numeros colligemus motum æqualem dierum 30 sicut subiecimus. Ac quia dies, instar integri, multiplicati in quaslibet species relinquunt easdem, ideo extremus numerus ad dextram nempe 30. est octauorum scrupulorum, vnde etiam patet species cuiusq; reliquorum numerorum versus sinistram, & alter quidem exttemus nempe 29. ad gradus spectare colligitur.

Multiplicandi. 59 1ª,8 2ª, 19 3ª,37 4ª,24 5ª, 256ª.417ª,308ª
Multiplicans. 30.

29	4	9	18	12	12	20	19	30
30	0	30	30	0	30	30		
29	34	9	48	42	12	50	49	30
Gra,								octa,

NVMERVS natus ex multiplicatione.

Aliud exemplum.

Quod si eundem motum diurnum per 60. Dies, id est, vnam sexagenam dierum multiplicare volueris' quia vnitas, vt vulgò rectè dicitur, nec multiplicat nec diuidit, numeri quidem omnes manent ijdem, verum singulæ species in proximè superiores transeunt, quemadmodum ex regulis supra traditis ea de re iudicari potest, Eritq; motus 60. dierum 59 grad. 8 1ª, 19 2ª, 37 3ª 24 4ª, 2 55ª, 41 6ª 39 7ª. Quod si horum numerorum singulorum dimidium sumpseris, facilius ad huc motum 30. dierum venaberis, quòd satis est monuisse lectorem, vt meminerit similia compendia in alijs quoq; exemplis non esse aspernanda.

Compendium primi exempli.

Aliud exemplum.

Motus diurnus ☽ æqualis à ☉. est part, 12.11ª 26 2ª,41 3ª,29 4ª, 57 5ª,49 6ª,37 7ª, 11 8ª. Cupio scire motum annuum ☽ à ☉ id est, dierum 365. primum dies coaceruato in sexagenas, quòd Græci scriptores logistici generaliter vocant ἀναβιβάζειν. Habebis igitur 6. sexagenas & 5. dies. Primum multiplica singularum specierum numeros per quinarium, postea similiter per senarium, collige in vnam summam numeroseiusdem speciei. Sic enim conflabis motum annuum Aegiptiacum vel communem, vt hic subiecimus.

			/	//	///	////	/////	//////	//////	///////	
		12	11	26	41.	29	57	49.	37	11	
									6	5	
	1	0	2	3	2	4	4	3	0	55	
		0	55	10	25	25	45	5	5		
	1	1	2	4	2	5	4	3	1	6	
		12	6	36	6	54	42	54	42		
Numerus procreatus	1	14	9	37	22	27	16	46	51	11	55
	Sexa	Se,	Par.	1ª	2ª	3ª	4ª	5ª	6ª	7ª	8ª
	2ª	1ª									

Abijcitur

Abijcitur autem primum ſicut ſupra diximus ſexagena ſecunda vna, tanquam decies ſex ſexagenæ, id eſt, decem integri circuli, Deinde etiam ex 14. ſexagenis primis abijciunrur 12, ſexagenæ tanquam duo circuli. Relinquitur ergo annuus motus ☽. æqualis à ☉. 2. ſexagenæ primæ 9. partes 37 1^a, 22 2^a, & reliqua ſcrupula ſuo ordine, quemadmodum inſra etiam Canones noſtri habent,

Poſtremo ſi quis δοκιμασίαν ſiue examen operis ſui deſiderat in hac parte logiſtices, is vel iterato calculum inſtituat, vel ſequentem partem conſulat. Nam in hoc examine mutuas operas tradunt, multiplicatio & diuiſio, perinde vt additio & ſubtractio.

μερισμὸς ἢ παραβολή.

DIVISIO.

Definitio. Diuiſio eſt cum datis duobus numeris inæqualibus tertius quidam inuenitur, qui vel toties continet vnitatem, quoties maior minorem, uel toties ab vnitate continetur, velut integro, quoties minor à maiori. Alter autem datorum numerorum vocatur diuidendus, alter diuiſor, nec refert vter ex his maior ſit, vel minor, Tertium vero qui ex his colligitur, alij quotum numerum, alij diuiſorium, alij partitionis numerum appellant. Quando igitur diuidendus numerus maior eſt diuiſore, manifeſtum eſt, quod & diuiſorius vel quotus maior eſt vnitate, ſed cum minor eſt diuiſore, quotus numerus euadit infra vnitatem, in aliquam ſpeciem ſcrupulorum. Deinde ſicut in multiplicatione, ita & in Diuiſione quatuor exiſtunt numeri proportionales, nempe vt diuidendus ad diuiſorem, ſic quotus numerus ad vnitatem velut integrum. Ex quibus hæc regula ſumitur, quæ gubernatrix eſt omnium ſequentium præceptionum de emergenti ſpecie, quod in vniuerſum partitionis numerus tantum diſtet ab integro, quantum à diuiſore diſtat diuidendus.

Regula vniuerſalis.

παραβολή. Cæterum qui græca lingua logiſtices præcepta tradiderunt vocant diuiſionem etiam παραβολὴν appellationem mutuati à Geometris, qui cum iubent ad datam aliquam rectam lineam accommodare aream datæ areæ æqualem, vtuntur verbo παραβάλλειν. Quomodo autem hoc Geometricum problema congruat diuiſioni numerorum alibi copioſè explicauimus.

De ſpecie emergenti. Deinceps autem dicemus, quæ ſpecies exiſtat alia diuiſa in quamlibet aliam, in quo præcepto nonnulli ante nos à ſcopo plurimum aberrarunt. Sit igitur rurſum in conſpectu Canonion illud, quod in eundem vſum in multiplicatione à nobis proponebatur.

$4^æ$	$3^æ$	$2^æ$	$1^æ$	0	1^a	2^a	3^a	4^a	5^a	6^a	7^a
Quartæ	Tert,	Secun,	Pri,	INTEGRA	Prima,	Sec,	Tert	Quart,	Quint,	Sex,	Sept.
				SEXAGENAE,				SCRVPVLA			

Nunc ſit hæc prima conſideratio, vtrum duæ ſpecies, quarum altera in alterã diuidenda proponitur, ſint eiuſdem generis nec ne, & ſi non fuerint inter ſe ſimiles, vtra ab integro recedat longius. Hinc prima regula ſit, ſi ſpecies fuerint ſimiles, ac eiuſdem præterea generis, quota ſpecies per ſe pertinebit ad ſpeciem integrorum ſiue gradus, ſiue dies, ſiue aliud quiddam fuerit loco integri, vt ſi prima ſcrupula gradus ſint diuidenda in prima ſcrupula, ſi modo diuidenda ſcrupula non fuerint pauciora diuidentibus, quota ſpecies exiſtit graduum. SECVNDA. Si ſpecies fuerint diſsimiles, ſub eodem tamen genere, aufer notam minoris ſpeciei à nota maioris. Reliqua enim nota oſtendit ſpeciem quæ ex diuiſione naſcitur, quæ ſemper eiuſdem generis cum vtraq; ſpecie pronunciabitur, quando diuidendæ ſpeciei nota maior fuerit, alterius autem generis, cum nota diuidendæ ſpeciei minor fuerit. Eius autem ſpeciei notam maiorem dicimus, quæ ab integro abeſt longius, vt ſexta ſcrupula habent maiorem notam, ſcilicet, ſenarium quàm quinta ſcrupula quorum nota quinarius eſt, & longius abſunt ab integro ſexta ſcrupula, quàm quinta. Vt ſi tertia ſcrupula partiaris per ſecunda ſcrupula exeunt rurſus ſcrupula, nempe prima, quia tertiorum ſpecies, vt diuidenda longius abeſt ab integro quam ſpecies, quæ diuidentis munere fungitur. Ita ſi ſexagenæ tertiæ diuidantur in ſecundas, quota ſpecies erit primarum ſexagenarum, ita vt non tranſeat quota ſpecies in aliud genus. At ſi ſecunda ſcrupula diuidantur per tertia ſcrupula, exeunt Primæ ſexagenæ, vel ſi ſecundæ ſexagenæ per tertias exeunt prima ſcrupula, mutato nimirum vtrobiq; genere. TERTIA regula ſi duæ prpoſitę ſpecies non fuerint eiuſdem generis, notæ ſpecierum iunctæ inuicem oſtendunt notam ſpeciei, quæ ex diuiſione illa naſcitur, quæ quidem ſemper cum genere ſpeciei diuidendæ congruit, vt ſiue diuidas tertias ſexagenas in ſecunda ſcrupula, ſiue ſecundas ſexagenas in tertia ſcrupula, exiſtunt ex hac diuiſione ſexagenæ quintæ, ſimiliter ſiue diuidas tertia ſcrupula in ſecundas ſexagenas, ſiue ſecũda ſcrupula in tertias ſexagenas, omnino quota ſpecies exiſtit quintorum ſcrupulorum.

Prima regula.

Secunda.

Tertia.

Ex his iam prudens lector iudicare poteſt, quòd ſumma harum regularum compræhenſa ſit in illa priori generali, nempe quòd ſpecies quæ exiſtit è diuiſione, tantum recedit ab integro, quantum diuidenda abeſt à diuidente. Ecce autem breuem tabellam, quæ regulas omnes breviſsimé ob oculos ponit.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Si vtraq; ſpecies, diuidenda & diuidens, fuerit Generis.

Eiuſdem,

Aufer notam minoris ſpeciei à maiori. Reliqua enim nota vel numerus oſtendit ſpeciem emergentem, generis.

Diuerſi,

Iunctæ notæ ſpecierum efficiunt notam emergentis ſpeciei, quæ ſemper eſt ſub eodem genere cum ſpecie diuidẽda.

Eiuſdem Alterius

Quando nota diuidendæ ſpeciei fuerit.

Maior Minor.

Cautio.

Atq; hæc præcepta de emergenti ſpecie rectè valent, dum numerus ſub diuidenda ſpecie non minor fuerit numero ſub ſpecie diuidente, ſed ſi minor fuerit, non amplius exiſtit illa ſpecies, quam monſtrant noſtræ regulæ, ſed alia vno loco inferior, vt ſi diuidas 6. ſcrupula in 12. ſcrupula prima, exiſtunt 30. non gradus vt prima regula docebat, ſed ſcrupula prima, quæ vno loco inferiora ſunt gradibus. Cæterum harum præceptionum demonſtrationes, ſi quis requirit, vel alterum ſcriptum noſtrum huius generis prolixius conſulat, vel Theonem in μεγάλῃ σωντάξει Ptolemæi.

Vſus canonis ἑξηκοντάδων, & ratio diuiſionis.

Nunc ſimul & vſum canonis ſexagenarum & ſcrupulorum in diuiſione & præcepta ipſa diuiſionis trademus. Sicut autem in vulgariũ numerorum diuiſionibus, ita hic quoque de numero ſub quota ſpecie coniectura ſumitur ex numero, ſub maxima ſpecie diuidente, quæ ad ſiniſtram extrema eſt, ſi tamen ſpecies diuidentes plures fuerint vna. Nam ſi numerus ſub illa extrema ſpecie diuidente, fuerit minor numero ſub extrema ſpecie diuidenda, numerum ſub quota ſpecie potes ſine canone coniectare, quia nullus numerus huius logiſticæ ſuperat ſexagenarium, ſed potius ad aliam ſpeciem transfertur, vt ſi diuidendi ſunt 28. gradus in 7. non obſcurum eſt numerum ſub quota ſpecie eſſe quatuor. Sed ſi numerus ſub vltima ſpecie gubernante hanc coniecturam fuerit maior, quàm numerus ſub diuidenda, extrema ſpecies diuidens à loco ſub extrema ſpecie diuidenda traducenda eſt ſub vicinam ſpeciem verſus dextram, prorſus vt in vulgari diuiſione fieri ſolet, ita vt iam de numero ſub quota ſpecie non ex vna ſpecie, ſed ex duabus contiguis coniectura fiat, quam coniecturam canonis ſubſidio facilè expedies in hunc modum. Numerum ſub diuidente ſpecie, quam gubernatricem diximus, quære in aliquo limitum vel trapezij vel trianguli, ac in eodem ordine, vel inter eaſdem parallelas conuenientes (ſiue perpendiculares, ſiue transuerſales) quære numeros ſub vtraque diuidenda, aut ſaltem proximè minores. Nam è regione cellulæ continentis

tinentis hos numeros alter limes, qui priori ad rectos angulos exist't, numerum ostendet sub quota specie collocandum. vt sint 35. gra. 24^{a}, diuidenda per 59. quære igitur 59. tanquam numerum sub diuidente specie in limite dextro trianguli. Nam in ordine seu tractu eius transuersali reperies hos geminos numeros 35. 24. acè regione alter limes transuersalis seu caput canonis monstrat 36 numerum scilicet sub quota specie. Qua in re illud etiam obseruandum est, accidere interdum, vt si numeri sub reliquis speciebus diuidentibus, fuerint maiores, sumendus sit pro numero sub quota specie, non js, quem maximum vel primum offert gubernatrix species, sed alius vnitate minor, id quód res ipesa docebit planissimè. Hac igitur solertia inuentus numerus sub quota specie, in singulos numeros sub qualibet specie diuidente multiplicandus est,& nati inde numeri conuenientibus locis supernè scripti (sic enim nobis commodissum videtur) ab inferioribus immediatis subtrahendi, ac reliqui tandem rursum suis locis supernè scribendi. Quod si quis nostram rationem penitus sequi volet. solos numeros subtrahendos lineola transfiget,sic ut alteri,vnde subtrahitur relinquantur integri. Nam hæc diligentia discernendi numeros prodesse tibi potest, si quando expedito numero sub vna quota specie, idem calculus iterandus fuerit.

Quód si post subtractionem aliquid de diuidendis speciebus remanserit, vt numerus sub alia quota specie denuo quærendus sit, numeri sub singulis speciebus diuidentibus ordine vno loco versus dextram promoueantur, ac instituatur similis tum coniectura, seu exploratio, tum calculi ratio. Vbi si acciderit, numerum sub gubernatrice specie maiorem esse eo, qui directè superior est reliquus sub speciebus diuidendis, tunc cyphram seu o sub hac quota specie scribendum esse memineris. Hæc igitur calculi ratio toties iteranda est quoties vsus postulaverit. Concinnum etiam nobis videtur, species diuidendas à diuidentibus disiungi medijs duabus parallelis lineis, intra quas numeri sub quotas species collocentur. Similiter quod de lineis perpendicularib. diximus in multiplicatione ad distinguendas species id vel maximé in diuisione faciendum esse censemus. Reliquum est, vt hoc satis prolixum præceptum diuisionis vno atq; altero exemplo illustremus. *Exempla 1.* Ac repetatur sané primũ exemplũ, quo in multiplicatione vsi sumus, ac sint diuidendi 29. gr. 341^{a}, 92^{a}, 483^{a}, 424^{a}, 125^{a}, 506^{a}, 497^{a}, 308^{a}. per motum diurnum ⊙ compositũ æqualem, scilicet, 591^{a}, 82^{a}, 193^{a}, 374^{a}, 245^{a}, 256^{a}, 417^{a}, 398^{a}. vt adpareat, quanto tempore sol secũdum æqualem cursum hunc Zodiaci arcum peragret. Manifestum est autẽ quod numerus sub extrema specie diuidente i. 59. superet numerũ sub extrema diuidenda, vt 29. Alioqui cũ gradus diuidimus per scrup. 1.

ex diuiſione exiſterent ſexagenæ dierum primæ. Nunc dies ſaltem inde naſcuntur, quibus iam integrorum locus debetur, ac ſic collocanda ſunt porrò ſub 34. & reliqui deinceps numeri ſub reliquis ſuo ordine. Iam ſi examen vel coniecturam inſtituas, qualem diximus. inuenies 59. in 29. 34. contineri tricies. Nam 59. multiplicata in 30. faciunt 29. 30. quæ ſuperne ſcripta ſuis locis & ſubtracta ex 29. 34. transfixaque relinquunt, 0. 4. & reliquos inde numeros ſub ſpeciebus diuidendis ad dexteram. Transfige & 59. Similiter 30. multiplicata in 8. gignunt 4, 0. quæ ſcripta ſuis locis ſuperné, & poſt ſubtractionem transfixa relinquunt ijſdem locis 0. 9. Transfige 8. Rurſum multiplicata 30. in 19 gignunt 9. 30. quæ ſcripta, ſubtracta, transfixaque relinquunt ijſdem locis 0. 18. Ad hunc modum ſi perrexeris tum multiplicando, tum ſubtrahendo, nihil tandem relinquetur, ſed omnes numeri ſub diuidendis ſpeciebus conſumentur. Propoſitum igitur arcum Sol æquali motu compoſito conficit diebus 30. Subiecimus autem typum integri calculi, quod vel ipſe aſpectus calculi aliquid lucis adferat præceptis.

	0	0	0	0	0	0	0		
	0	4	9	18	12	12	20	19		
	29	4	9	18	12	12	20	19	0	
		30	0	0	30	0	30	30	30	
	Gra.	I	II	III	IIII	IIIII	IIIIII	IIIIIII	IIIIIIII	
	29	34	9	48	42	12	50	49	30	
	30									
		59	8	19	37	24	25	41	39	

Repetamus & alterum exemplum multiplicationis. Pertranſierit nimirum Luna 1. ſexagenam ſecundam, 14. ſexagenas primas, 9. gra. $371^a, 222^a, 273^a, 164^a, 465^a, 516^a, 117^a, 558^a$. cumq; motus diurnus ☽ æqualis a ☉. fit 12, gr. $111^a, 262^a, 413^a, 294^a, 575^a, 496^a, 377^a, 118^a$. quæritur quot diebus vel quanto tempore Luna tot partibus à ſole remoueatur. Colloca numeros omnes tam diuidendos quam diuidentes, vt in præcedenti exemplo, Ac primum 12. in 1. 12. habentur ſexies, quæ ſunt ſex ſexagenæ dierum. Nam iuxta ſuperiores regulas ſexagenæ primæ graduum diuiſæ in gradus velut integra pariunt ſexagenas dierum, ſiquidem numerus ſub ſecundis ſexagenis, quippe ſola vnitas, diuidi per 12. minime poteſt. Iam 6. vt inuentus numerus ſub ſexagenis primis dierum, velut ſub prima quota ſpecie dierum collocandus, ſi multiplicetur in ſingulos numeros ſub ſpeciebus

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

bus diuidentibus, & fiat conueniens ſubtractio, vt dictum eſt, relinquuntur tandem ſub ſpeciebus diuidendis ordine hi numeri 1. ſexagenæ pri. 0. gr. 57. 13. 27. 29. 49. 8. 555. Promotis autem ſingulis ſpeciebus diuidentibus vno loco verſus dextram, ſi quæratur alius numerus, vt ſub altera quota ſpecie, inuenietur ille nimirum quinarius, qui ſimiliter, ſi multiplicetur in ſingulos diuidendos, & fiat iuſta ſubtractio, relinquetur tandem nihil. Itaque recte pronunciabimus tot circulos & partes cum ſcrupulis reliquis perambulare Lunam ſupra motum ☉ æqualem. 6. ſexagenis dierum, ac diebus præterea 5. id eſt annuo ſpacio Aegyptiaco.

				0	0	0	0	0	0			
				2	3	2	4	4	3			
		0	0	2	3	2	4	4	3	0	0	
		1	0	55	10	25	25	45	5	5	55	

			0										
		1	1	57	13	27	29	49	8				
		1	2	4	2	5	4	3	1				
	0	2	3	1	16	33	34	52	9	5			
	1	12	6	36	6	54	42	54	42	6			
	1	14	9	37	22	27	16	46	51	11	55		
	6	5											
		12	11	26	41	29	57	49	37	11	11		
			12	11	26	41	29	57	49	37			

Arbitror etiam Studioſum lectorem hic non requirere plura exempla. Si quis in vno probe ſe exercuerit & naturam vſumq; præcepti recte didicerit, expediet deinceps omnia, quæ offeruntur, ſimili modo.

DE PARTE PROPORTIONALI.

περὶ τοῦ ἐπιβάλλοντος.

περὶ τοῦ ἐπιβάλλοντος.

Pars proportionalis, aut vt Græci vocant, τὸ ἐπιβάλλον, eſt id quod alteri congruit iuxta datã rationem, vel vt vulgo loquuntur, eſt inuenire ignotum velut quartum numerum in proportione datis tribus. Cum enim dantur tres numeri ad eliciendum quartum in proportione, ex tribus illis datis duo inter ſe certa ratione cohærent, & tertij numeri velut antecedentis termini in altera ratione quæ priori ſimilis eſt, comes inueſtigatur, vt ſi dicam, 1. gradus dat 24. ſcrupula prima, quot dant 20.

Regula detri barbarè vocatur.

ſcrupula prima, quot dant 20. ſcrupula prima, hic quæritur, quinũmerũs cõgruit ad 20. ſcrupula ea ratione, qua ad vnum gradum congruunt 24. ſcrupula prima, Vel quæritur quartus numerus in proportione cum 3. priores dati fuerint, Quare quòd logiſtæ vulgò docent ignotum numerum venari ex tribus, id prorſus in Aſtronomico calculo eſt quærere partem proportionalem ſeu congruentem.

Prodeſt autem diſſimilitudinem præceptorum in verbis aut genere ſermonis potius quàm in rebus ſitam conſiderare Nam quòd logiſtæ præcipiunt, tribus numeris, qui dati ſnnt, ritè collocatis multiplicare tertium in ſecundum, & natum ex ea multiplicatione partiri in primum vt exiſtat quartus numerus, idem planè præcipit Aſtronomicus calculus ſed paululum mutatis verbis. Iubet enim poſterioris rationis. antecedentem terminum, qui ſolus datur, multiplicare in terminum conſequentem prioris rationis, numerumq; inde ortum partiri in terminum antecedentem eiuſdem prioris rationis Quotus enim numerus huius diuiſionis eſt conſequens terminus poſterioris rationis. qui ignorabatur, pars ſcilicet proportionalis, vel τὸ ἐπιβάλλον, vt ſubinde nominat Ptolomæus. Vt ſi repetatur propoſitum exemplum. 1. gradus dat 24. ſcrupula prima, quot dant 20. ſcrupula prima: multiplicata 20. in 24. exhibent ex canóne ſexagenario 8 0 id eſt, 8 ſcrupula prima, 0. ſec. quia iuxta ſuperiores regulas ſcrupula prima in prima gignunt ſecunda ſcrupula cum primis. Iam ſi 8 1^a, 0 2^a, diuidas per 1. gradum, erunt ſimiliter 8 1^a, 0 2^a, eó quod gradus velut integrum per ſe non mutat vllam ſpeciem, vnitas autem non diuidit, id eſt, non mutat magnitudinem diuidendi numeri.

Ex hoc igitur vnico exemplo ſatis apparet, quomodo in Aſtronomico calculo pars proportionalis inueſtigetur. Ac vt breuiter, & ſemel dicam, quod res eſt, totum hoc negotium planiſsimum eſt, tractatioq; facilima, ſi obſerues regulas de ſpeciebus naſcentibus traditas ſupra in multiplicatione & diuiſione

Duæ ſpecies in Aſtronomico calculo.

Etſi autem hæc, quæ diximus, ſummam continent negocij, tamen duas inſignes ſpecies, quæ in hoc Aſtronòmico calculo occurrunt, breuiter libet prius commemorare quàm ad ſequentia accedamus. Aliás enim gradus ſeu integrum tenet locum diuiſoris alias verò gradus tenet alium locum quàm primum, prior caſus occurrit, quoties canonem aliquem Proſthaphæreſeon, aut ſimilem, qui ad ſingulos gradus propagatus eſt, ingredimur lateraliter, hoc eſt, cum vterque numerus foris ſumitur. In omnibus autem huiusmodi exemplis ſola multiplicatio expedit quæſtionem, nec locus eſt diuiſioni, vt in præcedenti exemplo, 1. gra. dat 24 1^a, quot dant 20 1^a, per ſolam multiplicationem

PRIOR.

inueniuntur

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

inueniuntur 8 1^{2}, 0_{2}^{2}. quæsitus scilicet numerus proportionalis in duas species scrupulorum distributus Et hoc vulgo vocant inuenire partem proportionalem ad 60,

Posterior autem casus occurrit, quoties Canonem aliquem propa- POSTERIOR.
gatum ad singulos gradus ingredimur arealiter, id est, cum ex duobus numeris, qui aliorū inuentioni seruiunt, alter foris accipitur, in latere siue dextro siue siniſtro, siue etiam in linea transuersali tam superiori quam inferiori, alter vero in area canonis, Hic plærumque accidit, cum qui in inuentione partis proportionalis fungitur munerere diuisoris, non esse 60. sed maiorem vel minorem sexagenario. Gradus enim qui in priori casu diuisoris munus tuebatur, in 60. scrupula resolui intelligitur. Omnia autem exempla huius posterioris casus sola diuisione expediuntur, quia unus gradus nec species mutat, nec numeros subspecie-bus, Vt si hoc exemplum proponatur: 24. scrupula prima dant vnum gradum, quantum dant 8. scrupula prima, multiplicata 8. scrupula prima per 1. gradum manent 8. scrupula prima, quæ diuisa in 24. scrupula prima exhibent 20. scrupula prima. Scrupula enim prima diuisa pariunt gradus, vel scrupula prima, tunc scilicet, quando numerus sub diuidenda specie fuerit minor numero sub specie diuidente, vt hic 8. scrupula pauciora sunt, quàm 20. Quare in huiusmodi exem plis recurrendum est ad præcepta diuisionis, quæ supra copiosè tradita sunt.

In vtraq; ergo harum specierum, quum 3. datorum numerorum, ex quibus quæritur pars proportionalis, vnus fuerit talis, vt repręsentet 60. vt gradus vel dies, vel hora valet 60. scrupulis primis, commodè vteris nostris præceptis & canone sexagenarum vel scrupulorum sexagesimorum. Sin vnitas alium numerum repræsentat quàm 60. vt 10. vel 12. vel quemuis alium, sequere præcepta communis vel vulgaris illius logisticæ, quòd quidem deinceps suo loco, vbi opus erit, monebimus

EXTRACTIO RADICIS
Quadratæ.

ἐπιλογισμὸς τῆς πλευρᾶς τετραγωνικῆς.

Extractio

Extractio quadratæ radicis, vt vulgo vocant, est certa & expedita ratio, ex dato numero eliciendi alium, qui quot vnitatibus constat, toties á dato numero contineatur, Vel qui in sese multiplicatus eundem datum vel omnino vel proximè restituat. Neq; enim omnis numerus talis est, vt alius quispiam eo minor in sese multiplicatus gignat eundem prorsus, quin potius in toto numerorum systemate hi admodum rari existunt, qui propter hoc ipsum axioma vel prærogatiuam peculiari nomine quadrati vocantur. Sequitur autem ex hac definitione radicem semper medio loco proportionalem esse inter vnitatem & ipsum quadratum numerum ita vt sit vnitas ad radicem, sicut radix ad numerum quadratum, vel è contra, verbi gratia, 1. ad 10. vt 10. ad 100. Nam denarius est quadrata radix de 100.

Etsi autem aliqua cognatio est huius partis logisticæ cum Diuisione, tamen & dissimilitudo vtriusque partis insignis est. Nam in extractione radicis datur vnicus tantum numerus, instar diuidendi dissimulato diuisore, & hic ipse quasi diuisor numero quoto vel partitionis perpetuò æqualis est. Vocant Græci scriptores hanc logisticæ partem ἐπιλογισμὸν πλευρᾶς τετραγωνικῆς, quia magna diligentia vbiq; in hisce disciplinis tradendis respiciunt ad veros fontes Geometricos. Quæ autem species sexagenarum vel scrupulorum oriatur, dum latus tetragonicum ex propositis speciebus extrahitur, id vel ex superioribus præceptis in multiplicatione iudicari potest. Sicut enim gradus multiplicati in gradus gignunt gradus, ita è contra, cum è proposito numero sub gradibus tetragonicum latus elicitur, prima occurret species graduum. Rursum sicut scrupula prima multiplicata in prima gignunt secunda, ita in exquisitione lateris tetragonici ex numero aliquo sub quartis, existere prima species debet secundorum scrupulorum. Itaq; vniuersaliter excerpta radix pertinet ad eam speciem, cuius nota dimidium est notæ eius speciei, sub qua numerus est, ex quo tetragonicum latus exquirimus.

De specie emergenti.

Iam hoc Præceptum de emergenti specie comitatur per se alterum de locis, in quibus hanc exquisitionem radicis seu tetragonici lateris instituui conueniat. Cum enim nulla species in se multiplicata gignat speciem, cuius nota sit impar numerus, manifestum est hanc exquisitionem instituendam esse tantum in locis paribus, hoc est, immediatè ex ijs numeris, q ui subsunt speciebus, quarum notę sunt pares numeri, vt sub gradibus, scrupulis secundis, quartis, sextis, octauis, item sub sexagenis secundis, quartis, sextis, & ita porrò vtrinq; ab integro tanquam medio.

De locis.

Reliqua præcepta huius partis logisticæ omnino in his Astronomicis spe-

cis ſpeciebus, vs in alijs vulgaribus numeris pendet ex quarta propoſitione ſecundi elementorum Euclidis. Tantum igitur hoc reſtat. vt exemplis doceamus, quomodo ex numeris ſub Aſtronomicis ſpeciebus exquiratur tetragonicum latus ſubſidio canonis ſexagenarij. *4. ſecundi elem. Euclid.*

Sit ergo inueniendum latus tetragonicum de 15. ſcrupulis primis. At quia primorum ſcrupulorum locus impar eſt, adde cogitationem parem, qui proximè ſequitur ad dextram, videlicet locum ſecundorum. Itaq; iam inuenies latus tetragonicum de 15, ſcrupulis primis, o ſeç. hac ratione. Supra diximus ad lineam diagoniam poni quadratos numeros, quorum radices ſeu latera tetragonica ſunt ipſi capitales numeri, vel in diagonia linea, vel in ſuperiori tranſuerſa. Quæro igitur ad ipſam lineam diagoniam vel trapezij, vel trianguli, vbi vel 15. o. vel proximè minores numeri collocentur. ac video eoſdem prorſus ſubeſſe 30. qui eſt capitalis numerus lineæ diagoniæ. Pronuncio igitur radicem quadratam ex 15 1^a o 2^a, ſcr. eſſe 30. ſcrupula prima, quia ex ſecundis Prima radix eſt primorum ſcrupulorum. *Exempla.*

Aliud exemplum Proponantur 1. gr, 10 1^a, 46 2^a, 41 3^a, 40 4^a, ex quibus eliciendum ſit tetragonicum latus. Loca igitur huius exquiſitionis ſunt gr, ſecunda & quarta. Ac primum ſub gradibus venor radicem, nempe 1. gr qui in ſe multiplicatus & ſubtractus relinquit o. gr. Inde promoueo inuentam vnitatem prius duplicatam ſub ſpeciem ſcrupulorum primorum vacante loco ſecundorum, & inquiro aliam partem radicis ex 10 1^a, 46 2^a videlicet 5. ſcrupula prima. Hæc primum multiplicata in 2 gr. faciunt 10. ſcrupula prima, quæ ſuo loco ſcripta & ſubtracta, vt in diuiſione, relinquunt nihil, deinde eadem 5. ſcrupula prima in ſeſe multiplicata gignunt 25. ſecun. quæ ſcripta loco ſecundorum ſupernè, & ab ijsdem 46 2^a, ſcr. ſubtracta relinquunt, 21. in loco ſecundorum ſcrupulotum. Cum autem 25 2^a. ſcrupula, reliqua ſint pauciora duplo radicis inuentæ, adiecta præterea vnitate, id eſt, 2. ſcrupulis primis 11. ſecundis; conſtat quinarium eſſe maximum quadratum ex prioribus reliquis 10 1^a, 46 2^a, ſcr. Rurſum iam inuentam radicem 1. gr, 5. ſcr pri. duplatam promoueo vno loco verſus dextram, vt vacet iam ſolus quartorum locus reliquus, & ex reſiduis 12 2^a, 41 3^a, 40 4^a exquiro nouam partem radicis, quam conijcio eſſe 10. quia bis 10. ſunt 20, quæ de ſuperioribus parum relinquunt. Adſcribo igitur priori radici 10 2^a, ſcr. & rurſus eandem multiplico primum in 2. gra. ac fiunt 20 2^a, ſcru quæ ſcripta conuenienter, & ablata ex 21. relinquunr 1 2^a, ſcr. Inde eadem 10 2^a. ſcr multiplicata in 10 1^a, ſcr. fiunt 1 2^a, 40 3^a, quæ ablata ex ſuperioribus relinquunt o 2^a, 1 3^a, ſcrup. Poſtremo eadem quoq; 10 2^a, ſcru in ſeſe multiplicata faciunt 1 3^a, 40, 4^a, ſcru.

ſcr quæ ſublata ex reliquis ſuperioribus tollunt omnia. Proinde latus tetragonicum de propoſito numero exquiſitè inuentum eſt 1. grad. 5 1ª, 0 2ª, ſcr. Id quod vel iterato calculo huius partis, vel quadrata multiplicatione, vel etiam diuiſione comprobare licebit. Quod ſi quis hoc vnum exemplum probè didicerit, cum reliqua omnia tractentur ſimiliter, non deſiderabit plura, quam ob cauſam & integrum calculum oculis ſubiecimus.

Calculus præcedentis exempli.

		0	0		
		✕	✕		
		1	1	0	
		20	40	40	
	0	21			
	✕0	25			
0					
✕					
Gr.	I	II	III	IIII	
1	10	46	41	40	
1	5	10	Ra	dix	
✕	2	2	✕0		

Atq; hæc quidem viſum eſt ex logiſtice noſtra ſcrupulorum Aſtronomicorum principio recitare, in quibus ſtudioſum probè ac diligenter exerceri prius volo, quia ſequentia ſine mediocri vſu harum præceptionum Arithmeticarum haud fœliciter, aut expeditè quiſpiam tractauerit. Etſi autem non nulla vberius tradidiſſe videri poſſum, quàm fortaſſe vſus horum Canonum Prutenicorum requirit, tamen quia in omnibus artibus, ſatius eſt integram quàm mutilatam ideam complecti, hanc operam noſtram bonus & gratus lector benigne accipiet. Nũc igitur accedimus ad præcepta computationis motuum cœleſtium qui cum aliter congruant ad alia tempora, non dubium eſt ſequentem doctrinam à temporis conſtitutione ac emendatione inchoari oportere.

PRÆ-

PRÆCEPTA CALCVLI MOTVVM COELESTIVM.

Initium præceptorum de motuum supputatione. I.

PRIMVM PRAECEPTVM DE æquando tempore ob inæqualitatem dierum naturalium

DVæ sunt causæ, quare propositum aliquod tempus æquari interdum oporteat, altera est inæqualitas dierum naturalium, altera Meridianorum varietas, quibus inter se versus ortum & occasum loca terræ discrepare intelliguntur. Sed de varietate Meridianorum postea dicemus. Nunc breuiter & fontes, & modi eius æquationis, quam flagitat dierum naturalium inæqualitas, exponendi sunt. Etsi autem absurdum videtur eundem motum & per se esse æqualem, & subinde apparere sui dissimilem, tamen perpetua & vniuersalis experientia testatur, non solum quòd cœlestes motus videantur nobis dissimiles & inæquales in vno quolibet Planeta, quemadmodum Sol æquales Zodiaci semicirculos haud æqualibus temporum spacijs permeat: Verum etiam quòd ijdem reuera sint constantes, rati, ac æquabiles, quia manifestum est periodos, seu integras cuiusq; planetæ conuersiones æquabilitatem quandam inter se conseruare, vt Sol semper annuo, Luna menstruo spacio percurrit eundem signiferum, etsi tamen in vna parte orbis interea diutius commoratur, quàm in alia, quemadmodum in Elementis & Hypothesibus motuum hæc controversia de dissidio æqualis & apparentis motus copiosè explicatur.

1. *Tempus Astronomicum oportet esse æquale.*

Hanc ob causam Astronomi in motuum cœlestium inquisitione primum medios seu æquales motus proponunt, apte & concinne distributos in spacia æqualia temporum, vt annos, menses, dies, & dierum scrupula vel horas, deinde vero docent, quantum illis æqualibus motibus aliàs addendum sit, aliàs demendum, vt absque labore obseruationis, quem locum vere transeat stella hoc aut illo tempore, Canonum duntaxat & numerorum beneficio cognoscatur. Ad hunc enim prorsus finem Astronomicus calculus dirigitur. Infra autem de veris motibus dicendi locus erit.

Nunc vt institutum agamus, sciat lector æquales motus tum respondere æqualibus temporibus, tum ex canonibus suis aliter excerpi non posse, nisi æquale fuerit tempus, cui congruens æqualis motus alicuius stellæ quærendus est. Qua propter Astronomi tum reliquas temporis

ſpecies æquales adſumunt in computatione motuum, tum vero maximé dies, vulgo naturales, Græcis νυχθημερὸν appellatos, qui tamen reuera haud quaquam æquales deprehenduntur, & ſi hæc inæqualitas ſeu differentia nec ita magna eſt, nec ſubito ſentitur, niſi collatis duobus inter ſe diebus non proximis, ſed ſatis longo inuicem interuallo diſtantibus. Diem enim naturalem æqualem, & aptum numerandis motibus definiunt ſpacium temporis, quo fit integra cœli vel Aequinoctialis circuli conuerſio, ac prætereà particulæ æqualis ei quam Sol in zodiaco à medio æquinoctio æqualiter interea confecit. At verus ſiue adparens dies naturalis ſimiliter ſpacium temporis eſt, quo fit integra æquinoctialis conuerſio, ac præterea particulæ eiuſdem Aequinoctialis quæ vero motui Solis in Zodiaco ab apparenti æquinoctio reſpondet, Cum autem in toto ambitu Aequinoctialis tempora numerentur 360. motus autem Solis diurnus æqualis à medio æquinoctio ſit ſcrupulorum 59 1ª 8 2ª, 20 3ª, manifeſtum eſt, diem naturalem ſeu Aſtronomicum æqualem perpetuò conſtare temporibus 360. 59 1ª, 8 2ª, 20 3ª. ſed verus dies naturalis alias ſuperat hunc medium alias minor eſt, propter duas cauſas, partim quód motus Solis verus, quanquam parum, tamen in ſingulos dies variatur bis tantum in anno cum æquali motu congruens. partim quod ſegmentis zodiaci etiam æqualibus non tamen æqualia reſpondent Aequinoctialis circuli ſegmenta in mundi conuerſione. Porro cum aſcenſionum ratio in Horizonte multipliciter variet pro ſphæræ obliquitate, in Meridiano autem ſit eadem vbiq; locorum, quæ in ſphęra recta, placuit, Aſtronomis initium diei ſumere à Meridiano potius, quam ab Horizonte, vt omnibus in locis vno eodemq; modo apparens tempus in æqualitatem commutaretur. Cæterum hac noſtra ætate maxima differentia inter æquales & apparentes dies contracta eſt in tempora 7. cum 3. quintis vnius, quæ ſanè aliquando ſupra decem tempora ſeſe poteſt extendere. Iam ex his omnibus ſequitur, cum ad præſcriptam aliquam veri diei naturalis horam ſtellarum in cœlo loca inueſtiganda ſunt non ſimpliciter vtendum eſſe illa hora, ſed eam aſtronomicæ æqualitati prius conformandam, vt ad talem inquiſitionem ſit idonea.

Adparens tẽpus non eſt æquale.

Dies naturalis Aſtronomicus.

Dies naturalis adparens.

Duæ cauſæ inæqualitatis

Cur Aſtronomi diei exordium ſumant à meridiano circulo non ab horizonte.

Maxima differentia inter adparentes dies & Aſtronomicos.

III. Tres modi æquandi diesnaturales

Triplicem igitur modum docebimus commutandi apparens tempus in æquale, primum vniuerſalem, atq; omnium rectiſsimum ipſis vſitatum artificibus, Ptolomæo, Copernico, & alijs, qui hos ſequuntur. Inde ſubijciemus alios duos modos, quos non iniuria dixeris particulares, quia ſingulis ætatibus nouos deſiderant canones repudiatis prioribus.

Primus

Primus ergo modus hanc calculi rationem habet. Ad datum tempus habeas æqualem motum Solis à medio æquinoctio, quem compositum vocamus, tum uero apparentem motum ab æquinoctio vero, cuius rectam ascensionem excerpito ex canone rectarum ascensionum, quem cæteris omnibus in hunc vsum præmisimus, Similiter ipsius Epochæ, vnde æquales motus deducturus es, habeas eadem duo, nempe æqualem motum ☉, compositum, & veri loci ☉. ab apparenti æquinoctio rectam ascensionem. Deinde confer vtrumque genus inter se, scilicet tam æquales motus compositos, quam rectas ascensiones. Quod si hæ differentiæ æquales fuerint, adsumptum vel datum tempus apparens non indiget emendatione, sed per se æquale existit. Si vero differentia ascensionum maior fuerit, quam differentia vtriusq; motus compositi, excessum ipsum ex sequenti canone mutatum in scrupula vel horarum vel diei vt commodum erit, adde tempori apparenti. Sin autem differentia motuum compositorum maior fuerit quam ascensionum, eandem sic mutatam aufer à tempore dato. Sic enim adparens tempus erit tibi in æqualitatem commutatum, Cæterum his præceptis omnia erunt contraria, si æquale tempus in apparens fuerit transferendum.

Primus modus.

Quando vtendum sit additione vel subtractione.

Exempli gratia ad tempus natàlicium incliti Ducis Borussiæ sit inventus æqualis motus ☉. à medio æquinoctio part, 63. 13. 1ª, 53 2ª, verus autem ab apparenti æquinoctio part. 64. 51 1ª. 32 2ª. Huius ascensio recta ex canone temporum 62. 54 1ª, 17 2ª, colligitur in hunc modum. Cum 4. gra, ♊ conscendunt tempora 62. 0 1ª, 0 2ª, vni autem gradui deinceps congruit 1. tempus 3 1ª, 12 2ª, Quare iuxta doctrinam quæ de parte proportionali supra tradita est scrupulis 51 1ª, 32 2ª, vnius partis quadrant scrupula 54 1ª, 17 2ª, vnius temporis, quæ adiuncta 62. temporibus eum, quem dixi, numerum conficiunt. Pendeat autem nunc in hac supputatione motuum instituta calculus nobis ab epocha seu initio annorum CHRISTI ad quam epocham similiter æqualis motus solis compositus annotatus est part, 278. 21ª, 16 2ª, ferè. Ascensio autem recta veri loci ☉ ab adparente æquinoctio temporũ 279. 55 1ª, 33 2ª. Iam vide mutuã vtriusq; collationẽ.

Exemplum ad epochen Christi.

	Medius locus ☉ compos.			Asc. recta veri motus,		
	◦	′	″		′	″
Hoc dato tempore	63	13	53	62	54	18
Intio annorũ Chri. part.	278	2	16	temporum 279	55	33
Differentiæ	145	11	57	142	58	45

Accommodatis scilicet integris circulis, vt supra in subtractione docuimus. Collocatio differentiarum.

		I	II
Mediorum locorum vel motuum	145	11	37
Temporum	142	58	45
Exceſſus mediorum locorum	2	12	52

Ac ex canone conuerſionis temporum Aequinoctialis 2. tempora faciunt 8. ſcrupula prima vnius horæ, ſcrupula vero prima 12. faciunt 48. ſecunda & 52. ſecunda, ſ ferè itidem ſecunda, quæ in vnam redacta ſummam exhibent dierum æquationem 8 1ª, 51 2ª, ſcrupulorum vnius horæ. Aut ſi mauis conuertere in ſcrupula dierum, colliges ſimiter 22 2ª. 85ª, ſcrupula vnius diei. Hæc igittur dierum æquatio ab apparenti tempore ſubtrahenda eſt eò quod exceſſus fuit mediorum motuum, non temporum. Antecedit autem hoc tempus natalicium meridiem 17. die Maij, duabus horis anno Chriſti, 1490. Proinde tempus æquale ſeu Aſtronomicum erit ante meridiem eiuſdem diei horis duabus ac ſcrupulis præterea 8 1ª, 51 2ª, horæ vnius. Ad hoc tempus ſic emendatum iam recte tum aliarum ſtellarum, tum præcipue ☽-motum inueſtigaueris. Eadem vero erit calculi forma, ſiue ab Olimpiadum ſiue Nabonaſſari ſiue Alexandri, ſiue Cæſaris, ſiue alia quacunque Epocha abs te denuo recte conſtituta æquales motus ſtellarum deduceruoles, tantum, vt cuiq; epochæ ſuus æqualis motus compoſitus, ſuaq; veri loci ☉. aſcenſio tribuatur.

De alijs epochis.

Hic primus modus perpetuo ſibi conſtans. ſicut eruditior eſt cæteris duobus ſequentibus, ita plus etiam aliquanto laboris habet. Subiecimus igitur alios duos modos faciliores quidem, ſed quorum canones vni tantum ſeculo citra errorem inſeruiunt, & ad ſolam Chriſti Epochen æqualium motuum ſpectant, non item ad alias.

Secundus modus.

At prior quidem proxime ad illam artificum rationem accedens ita ſe habet. Cum vero loco ☉ à vero æquinoctio, qui dato tempori adparenti reſpondet, ingredere canonem priorem æquationis dierum naturalium ex Ptolomæi doctrina, & obſeruata parte proportionali ſi gradibus veri loci ☉. ſcrupula adhæſerint, in ordine illius ſigni ſeu dodecatemorij, & è regione gradus in quo Sol verſatur; mox excerpes dierum æquationem, quam litera A addendam, S vero ſubtrahendam eſſe monet, vbi etiam Paragraphi nota indicat mutationem additionis in ſubtractionem, uel è contra. Vt quia in noſtro exemplo verus motus ☉ ab apparente æquinoctio eſt part. 64. 51 1ª, 32 2ª, id eſt in 4. gr, 51 1ª, 32 2ª, ♊. colligo ex dicto Canone æquationem dierum 101ª, 32ª, ſcrupulorum feré ſubtrahendam ex inditio; literæ S. Hæc igitur Aequatio iuxta ſecundum modum inuenta non plane conuenit cum æquatione primi modi, perinde vt nec ſequentis modi æquatio. Nam hi duo Canones æquationis dierum naturalium ſunt à nobis compoſiti ad annum Chriſti 1586. Poteſtq; eorum vſus citra inſignem errorem annis quinquage-

quinquagenis ante & post accommodari. Verum quia nostrum tempus annis ferè 100. antecedit annum, cui proprie debentur illi Canones, ideo inter ambas æquationes primi & secundi modi interest plus vno integro scrupulo primo, quod ipsum tamen sine aliquo detrimento propemodum negligi potest. Sunt aũt tres causæ, quare canones omnes, qui componi in hoc genere possunt sunt temporarij, & vetustate ipsa abolentur. Prima est instabilitas apogæi Solaris, altera Eccentrotetis orbis solis mutatio, tertia præcessionis æquinoctiorum inæqualitas. Cæterum epochæ omnes, à quibus tanquam radicibus in his nostris canonib æquales motus Planetarum ad quælibet tempora vel præterita vel futura propagantur, accommodatæ sunt penitus ad primum modum. Secundus autem modus æquationis dierum spectat ad solam epochen æqualium motuum Christi qualis ea in aditu Canonum æqualiũ motuum inter cæteras posita est. Alia vero res est in eo modo, qui nunc sequitur.

Tres causæ cur Canones secundi & tertij modi non sint durabiles.

TERTIVS igitur modus longius ab artificium via recedens sic tractatur. Posteriorem canonem æquationis dierum, factum scilicet ex Regiomontani doctrina & recentiorum sententia ingredere, vt prius cum vero loco ☉. ab apparenti æquinoctio, ac rite. inuentam æquationẽ dierum perpetuo aufer ab apparenti tempore. Ita enim prodibit æquale tẽpus quo recentiores vtuntur. Igitur cum 4 gr. 51 1ª, 32 2ª. II. ingredienti canonem, vt decet offeruntur 18 1ª. 1 2ª, scrupula auferenda à tẽpore nostro apparenti Natalicio. At in secundo modo erant tantum 0 1ª, 32ª scrupula, vnde hæc inquies, dissimilitudo est quod in hoc tertio modo maior existit æquatio quam in secundo, scrupulis nimirum 8 1ª, 9 2ª? Dicam breuiter, quod res est, à paucis etiam, qui inter doctos numerantur, satis animaduersum, Recentiores vt à molestia primi modi liberarent eos, qui ex alphonsino abaco cœlestes motus numeraturi, essent canonẽ temporarium condendum censuerunt, id quod à nobis etiã duplici via factum esse vides. Sed cum in priori modo nostro quanquam facili, illud tamen scrupulum inijcere potest homini parum exercitato quod, vt æquale tempus efficiatur, æquatio addenda alias est, alias vero, subtrahenda, cognosce bone lector, qua ratione huic imbecillitati discentium consuluerint, vt sola tantũ subtractione perpetuo ac constanter hoc negotium expedirentur, Quanta erat maxima dierum æquatio addenda, ei congruentes æquales motus singulorum planetarum epochis adijcicebant, tametsi epochæ ipsæ per se hoc minimè postulabant Itaq; cũ ipsi epochæ seu initio motuum æqualiũ semel addium est tantum, quantũ ut cum maxime addi conueniebat vno duntaxat die toties anni ideo necesse est deinceps singulis diebus totius anni subtrahi dierum æquationem ab apparenti tempore, vt inuestigati motus ex canonibus recte congruant cum tempore proposito. Hoc est illud, quod Regiomontanus noster

Tertius modus recentiorum.

Hic modus habet proprias epochas non communes præcedentibus.

Regimon. lib. 3. Epitomes:

noſter docet, ſi radix temporis poſita ſit ſuper principium diminutionis æquationem dierum ſemper ſubtrahendam eſſe, vt ex differentibus diebus fiant mediocres, & contrà addendam mediocribus vt fiant differentes, quos vocamus apparentes. Contrarium autem fit, ſi radix temporis poſita fuerit ſuper principium additionis. Viſa eſt autem eis aptior in hac tractatione via ſubtractionis, quàm additionis, eò quòd maxima æquatio ſubtrahenda ſuperat maximam addendam, tum etiam quod in pluribus ſignis zodiaci vel maiore parte anni aufertur æquatio, quam additur, quemadmodum ex ptiori canone ſatis perſpicuum eſt.

Duplex via, alia additionis, alia ſubtractionis.

De via ſubtractionis.

Verum vt hæc obſcurius dicta fiant quàm planiſsima ſimul etiam, vt id quód reliquum eſt in hac explicatione, abſoluatur, rem ipſam, quantum huius inſtituti ratio patitur, ante oculos ſtatuemus, Ad initium annorum Chriſti æquales ☽ motus ſub meridiano Regiomontano infra ſic poſuimus.

	Sex	par.	I	II	III	IIII
Medius motus longit. ☽ à ☉	5	29	58	22	36	56
Anomaliæ ☽.	5	27	13	27	41	16
Latitudinis ☽.	2	9	41	50	37	59

Hæc Epoche, qua æquales ☽ motus initio annorum Chriſti adfixi ſunt, conuenit primo modo æquationis dierum quemadmodum & aliæ omnes Epochæ omnium æqualium motuum. Secundo autem modo hæc ipſa ſola conuenit, non aliæ quoq;, vt prius dictum eſt. Tertio autem modo nequaquam conuenit, niſi prius hæc correctio adhibeatur, quæ nunc ſequitur Maxima dierum æquatio addenda ex priori canone colligitur in 22. parte ♒ ſcrupulorum 81ª, 92ª, vnius horæ. Huic æquales ☽ motus reſpondent.

	I	II	III	IIII
Longitud à ☉	4	7	52	43
Anomaliæ	4	25	39	17
Latitud.	4	28	59	48

EPOCHA æqualium motuum ☽ initio annorum Chriſti conueniens tertio modo æquationis dierum.

Quæ addita ſuperioribus numeris ſingula ſuo loco conſtituunt epochen æqualium motuum ☽ quæ proprié huic tertio modo æquationis conuenit, nempe.

	Sex.	Part.	I	II	III	IIII
¶ Longitud á ☉	3	30	2	30	29	59
Anomaliæ ☽	3	27	17	53	20	33
Latitud. ☽	2	9	46	19	37	47

Ad conſimilem modum emendabis, ſi lubet, æquales motus cæterorum planetarum initio annorum Chriſti affixos ſeu alligatos, & ſi hæc

hęc ſcrupuloſa diligentia ob motus eorum tarditatem parum eſt neceſſaria. Sed de luna admonitos volo omnes, qui in his noſtris tabulis tertio modo æquationis vti volunt, vt hanc correctam epochen æqualium motum ☽ nec aliam ullam ſuæ ſupputationis initium ſtatuant.

Ex hs iam intelligi poteſt, quare tertius modus antea obijciebat maiorem æquationem ſubtrahendam, quàm ſecundus, ſcrupulis ſcilicet 8 1ª, 9 2ª, vnius horæ. Quia enim epochæ & vt vulgo vocant, radices æqualium motuum iam ſunt poſteriores factæ, quàm in primo & ſecundo modo ſcrupulis 8 1ª, 9 2ª, vnius horæ. ideo deinceps ſemper totidem ſcrupulis diſtat huius tertij modi æquatio ſubtrahenda ab æquatione ſecundi modi. Vt principio Arietis in ſecundo quidem modo congruit dierum æquatio 0 1ª, 55 2ª, vnius horæ addenda, ſed in tertio 7 1ª. 142ª, ſubtrahenda, quæ addita inuicem conficiunt 8 1ª, 9 2ª, ſcr. Similiter ad 10 gra, ♈ æquatio dierum ſecundi modi habet 2 1ª 15 2ª, ſubtrahenda, tertij autem 10 1ª, 25 2ª, ſimiliter ſubtrahenda quorum minus ablatum à maiori relinquit itidem 8 1ª, 8 2ª, Nam vt diuerſæ ſpecies per additionem, ita ſimiles per ſubtractionem oſtendunt ſuam differentiam. *Conſenſus ſecundi & tertij modi.*

Hæc de via ſubtractionis, quam recentiores in ſcholas introduxerunt, commemorare nunc breuiter volui, à paucis rectè tradita, quæ quidem omnia iuxta viam additionis contrario ſe modo habent, id quod hoc loco monuiſſe ſatis eſt. Nam alibi hæc à nobis copioſius, Deo iuuante, explicabuntur, monſtrata etiam ratione, qua nouos canones vtriuſq; modi proprios cuiq; ſeculo vel ærati hominum condere quàm facilimè liceat. *De via additionis.*

Verum hic tandem obijciat aliquis, cur primo loco poſitum ſit à nobis præceptum de æquatione dierum, cum dato tempore apparenti non mox vna detur verus locus ☉ à vero æquinoctio, cuius tamen noticia in omnibus tribus modis neceſſaria eſt? Multo igitur rectius videtur, ad quodcunq; datum tempus apparens ſupputare cœleſtes motus & poſtea, vbi hoc factum fuerit, vti dierum æquatione. Fateor veram eſſe hanc obiectionem, ſed hanc ipſam ob cauſam uolui ante omnia de dierum æquatione monere ſtudioſum lectorem, vt ſciret motus ſupputatos ad adparens tempus non congruere ei ante, quàm hæc cenſura adhibeatur. Quare in fine huius præcepti ſummam rei breuiter complectar. *Obiectio.* *Summa rei.*

Primum conſtat, vel mediocriter in elementis harum artium verſatum non magno labore coniectare poſſe locum ☉ propemodum congruentem dato diei menſis, cum paſsim in omnibus diarijs notetur introitus ☉ in ſingula dodecatemoria Zodiaci. Deinde & dierum æ- *De ſecundo & tertio modo.*

quationem intra biduum parum mutari ex vtroque canone apparet vt maximè circa verum locum ☉ aliquantulum hallucineris. Quare non dubium est, vtiliter & compendiosè proponi hos canones æquationis dierum temporarios, quibus quomodo vtendum sit odiosum esset denuò repetere.

De primo modo. 1. Si ad datum tempus quæruntur motus.

Sed si mauis vti illa prima ac erudita artificum ratione, ita sanè sacito ad datum tempus adparens perinde ac si æquale esset, absoluas calculum verorum motuum ☉. ☽. & reliquorum planetarum. Postea si primus modus iubebit dierum æquationem subtrahere, quantus ei æquationi motus æqualis respondet, tantum auser à veris locis seu motibus singulorum planetarum. Sed si addenda fuerit æquatio, respondentem illum æqualem motum similiter adiunge ad veros motus planetarum, maximè vero ☽. quia in cæteris planetis tam accurata diligentia non multum adfert momenti Hæc præcepta sequere, quoties quæritur, qui verus motus congruat vel accommodatus sit ad datum tempus. Ad data enim accommodari solent ea, quæ inquiruntur. Huius rei exemplum infra iectori dabimus in calculo motus ☽ æ.

2. Si ad datos motus veros quæritur ad parens tempus.

Sin autem contrà quæritur, quod tempus verè congruat datis veris motibus planetarum, tunc æquali tempori, quod simul datur cum veris motibus simpliciter adde ipsam dierum æquationem, si addenda, vel auser subtrahendam. Ita enim conflabis ad parens tempus, cui exhibiti veri motus debentur. Vsum, habet hoc posterius præceptum in Eclipsibus, ac in vniuersum in nouilunijs ac plenilunijs. vt suo loco docebimus. Quando autem vtendum sit additione vel subtractione æquationis, petendum est ex regulis, quas supra in primo modo tradidimus. Quod enim ad secundum & tertium modum attinet, Canones ipsorum per se hac de re satis docent

Hæc de dierum æquatione initio commemoranda duxi, quæ etsi prolixiora fuerunt, tamen arbitror eorum cognitionem studioso lectori, ac candido non fore ingratam.

tempore ob varietatem meridianum.

Non idem meridianus vbiq.

Est & altera causa, quare datum tempus æquari conueniat, varietas scilicet Meridianorum. Nam quia Eclipses Lunares non eodem tempore conspiciuntur vbiq;, sed ita, vt in eiusdem Eclipsis obseruatione, ijqui à nobis habitant versus ortum, numerent plures horas, sitque ab Horizonte, siue à Meridiano, pauciores autem, qui versus occasum, manifestum est loca terræ, quæ distant inuicem versus ortum & occasum discrepare Meridianis circulis. Ac distantia quidem duorum quorum li-

quorumlibet Meridianorum inter se vocatur differentia longitudinis, quæ definitur arcu vel Aequinoctialis circuli, vel paralleli verticalis alteri locorum inter eosdem Meridianos intercepto. Sicut autem in quotidiana mundi conuersione, ita in hac quoq; consideratione 15. tempora siue Aequinoctialis siue alterius cuiuscumq; paralleli vni horæ tribuuntur, eò quód totius Aequinoctialis ambitus in 24. horas, distribuitur. Verum ne opus esset hac conuersione temporum in horas, earumq; scrupula, posuimus in catalogo locorum differentiam temporis congruentem differentiæ longitudinis.

Meridianus Regij montis Borussiæ.

Cum autem Epochæ æqualium motuum omnes accommodatæ sint nobis ad Meridianum Regijmontis inlcytæ vrbis Borussiæ oportet aliorum locorum tempora seu horas ad eundem Meridianum Regijmontis coaptare. Potest autem & huius præcepti æquatio duplici ratione perfici, sicut præcedentis. Aut enim ad Meridianum Regijmontis iuxta tabularum rationem computare libet motus cœlestes, & eosdem referre postea ad alios quoslibet Meridianos, Aut primo & immediatè ad alium Meridianum propositum. Modus computati ad Meridianum Regijmontis dupliciter referri possunt ad alios Meridianos, seu alia loca, vel vt idem numero motus diuersis horis congruat. vel vt ijsdem numero horis diuersi respondeant motus. Vt idem motus congruat diuersis horis, adde differentiam temporis in locis orientalibus, & subtrahe in locis occidentalib eò quòd loca orientalia plures numerant horas occidentalia pauciores, vt dictum est. Et ad hunc casum propriè destinatæ sunt notæ A & S in catalogo regionum seu locorum, A vt nota additionis, S subtractionis Verbi gratia sit ad datum tempus Regijm. motus ☽ in 12.gr. 20, 1ª, 272ª, ♉, ac libeat cognoscere, cui horæ sub Meridiano Onolsbachij idem ☽.motus congruat, vides in Canone regionum iuxta Onolsb. sub titulo tempus scribi ò. H. 56. 1ª, cum litera S. Ideo scr. 561ª, aufer à tempore, quod Regiomontiá Meridiano numeratur porrò, vel iuxta cœli conuersionem. Relinquetur enim tempus quod sub Meridiano Onolsbachij quadrat ad inuentum motum ☽.

Vt autem ijsdem numero horis congruant motus, in Lunæ quidem motu, pro binis scrupulis differentiæ temporis singula scrupula partis adde motui, si locus alter, ad quem motus propriè non erat calculatus, fuerit occidentalior, sed aufer, si fuerit magis orientalis, vel ex tabulis æqualium motuum collige motum respondentem differentiæ tẽporis, eumq; adde vel subtrahe, vt dictum est Idem etiam si videbitur facito in cæteris planetis, præsertim si temporis differentia fuerit alicuius momenti. vt sit motus ☽ .iuuentus ad horam decimam à media nocte Onolsbachij, par. 12, 201ª, 272ª, ♉ .ac velim scire qui motus congruat

ad eandem horam Regijmontis. Quia differentia vtriusque Meridiani est 56 1ª, vnius horæ, ac Regius mons orientalior, aufer á motu ☽ 28 scrupula prima partis, vt semissem 56 1ª, scr. horæ. Erit ergo verus motus ☽ ad eandem horam decimam Meridiani Regijmontis part. 11. 521ª, 272ª, scr. ♉. Sed vt immediate ad datum Meridianum alium quam Regijmontis numerare queas motus, quære eum in catalogo locorum vel ei propiorem, & differentiam temporis iuxta scriptam cum sua litera excerpe. Eam differentiam adde Tempori alterius loci, si adfuerit S. vel aufer, si A, ita vt contrarium ipsius notis facias. Verbi gratia. Inclytus Dux Borussiæ natus est Ono Ispachij horis decem post medium noctis, estq; differentia temporis 56 1ª, scr. iuxta Onolspachium cum litera S. Igitur 10. horis adiunge 56. scrupula & ad hoc collectum tempus inuestigatus ☽ motus immediate respondebit decimæ horæ Onolsbachij, scilicet 12. part. 20 1ª, 27 2ª, scr. ♉.

Inest autem in hac posteriori ratione, primum hoc boni, quod Epochæ æqualium motuum non mutantur, sed relinquuntur, vt a nobis ad Regijmontis Meridianum sunt accommodatæ. Deinde hac vnica temporis emendatione omnium postea planetarum veri motus correcti existunt, vt citra aliam calculi censuram proprie apteq; illius alterius loci Meridiano respondeant.

DE GEOGRAPHIA.

Cæterum quod ad nostrum regionis seu locorum canonem attinet fateor meo animo haud satisfactum esse, etsi secutus sim eos, quorum sententiam hoc saltem tempore cæteris prætuli. Vtinam vero Geographicum quoque studium hoc nostro seculo non obiter tantum, sed vera ac iusta diligentia tandem etiam colatur, nempe vt artifices in diuersis Europæ regronibus & locis plures ac eosdem ☽. defectus accurate obseruent, eaque intentione & iudicio vt plurium obseruationum collatio singulis in locis suo eodemque modo vel congruat ad calculum, vel discrepet. Etenim si de paucis locis Hispaniæ, Galliæ, Italiæ, Germaniæ vicinorumque regnorum artificum suffragia ex talibus obseruationibus collecta inter se congruerent, postea ex Geometricis fontibus longitudinum differentiæ corrigi & exacte constitui possent addita itinerum ratione, quæ non obscura est. Quis enim ex eruditis abque stomacho legit tantam scriptorum in hoc genere discordiam? Inter Romam & Noribergam faciunt alij longitudinis differentiam 9. temporum, alij 8. alij ¾. alij 7. tantum. Anconam & Romam in Italia collocat Ptolomæus sub eodem fere Meridiano. At recentiores non solum a Ptolomæo, sed inter sese plurimum variant, vt in exigua distantia, quæ penè citra cœlestem obseruationem iudicari potest. Sed desino recitare exempla dissensionum, quæ nimis multa sunt. Quod si docti viri

viri passim in hoc Geographicum studium incumbent maiori intentione, id quod paucos quosdam magna cum laude facere scio, arbitror Regum ac principum quorundam liberalitatem ipsorum laboribus, vt par est, non defuturam, videmus enim nonnullos Regum ac Principum deditos esse his Philosophicis studijs, ac cultores eorum liberaliter fouere. Etsi autem præmia satis digna tantis laboribus fortasse non contingant ab ijs, qui opes tenent ac imperia, tamen nos, qui in hanc discendi ac docendi stationem collocati sumus, nostrum munus propter mandatum Dei sedulo tueri decet, vt veritatem in omnibus bonis artibus, & inquiramus magna studiorum contentione, & inuentam alijs monstrems. Labor enim noster non erit inanis in Domino, vt Apostolus inquit.

TERTIVM PRAECEPTVM DE *accomodatione temporis ad vsum calculi æqualium motuum, tam iuxta Alphonsinam rationem, quàm Copernici.*

Ex canonibus æqualium motuum triplici via colligi possunt æquales motus dato quolibet tempore. Prior vulgaris est, ac tempore oblato iuxta Ecclesiæ & Calendarij consuetudinem sine vlla mutatione vtitur. Posteriores duæ plus artis habent, quarum altera propria est Alphonsinorum, altera peculiaris Copernico cæteris duabus fermé compendiosior. Sed datum tempus in vtraque harum seu præparare prius seu accomodare oportet ad vsum calculi. Qua in re etsi ingeniosis, qui numerorum vsu instructi sunt, bona ex parte non sit opus subsidio aliquo, præsertim iuxta Copernici viam, tamen vtriusque viæ Canonem tibi inter cæteros exhibuimus, ne quid desit ad expeditum calculum, quacunque via vti voles. Consultum est autem relictis cæteris, ad vnam harum te adsuefieri, vt eam ita probe tibi reddas familiarem vt possis stellarum positus tum in cœlo, tum inter se, quoties vsus postulat, non tantum celeriter, verum sine scrupulo atque hæsitatione vlla ex his tabulis depromere. *Triplex via*

Ante omnia autem hæc tria semper meminisse, ac considerare oportet, Primum quòd æqualium motuum Epochæ aliæ ex meridie, aliæ à media nocte initium capiant, à Meridie quidem hæ tres. Olympiadum, Nabonassari, & Alexandri sed à media nocte antecedenti reliquæ duæ, C. Cæsaris, & CHRISTI. Domini ac Saluatoris nostri. Alterum est, quod dum laboramus tempus vulgatiter datum præparare ad vsum calculi omnes temporis species complete accipiendæ sunt. *Tria considerranda.*

Sæpe enim in communi sermonis consuetudine, cum specie hac vel illa temporis fieri, aut factum esse aliquid significamus, non finem illius speciei intelligimus, sed momentum aliquod in illa specie tanquam indiuiduum comprehensum. Vt cum dicimus aliquid gestum esse hoc aut illo anno, mense, die, hora deniq;. non mox intelligi volumus exitum anni, mensis, diei, & horæ, sed illud ipsum momentum quod ab extrema minimaq; specie planè designatur, vt si dicam Inclytum Borussiæ Ducem natum esse in hanc lucem anno Domini 1490. die 17. Maij horis 10. ante meridiem, hic nec anni, nec menses, nec dies, vt numeris exprimuntur, pleni accipiendi sunt. sed in vna qualibet specie accipiendus est numerus, qui proximè antecedit. Itaq; hoc ipsum tempus sic concipiendum est, vt intelligantur anni pleni 1489. menses 4. scilicet vsq; ad finem Aprilis, inde dies Maij 16. & horæ, præterea decem, vt à media nocte, vnde diei exordium sumere nos in hac Christi epoche modo dictum est. Tertio cum annorum Iulianorum alius communis sit alius bisextilis, communem vno die excedens, huius quoq; rei, vbi ad menses ventum est, rationem habere oportet, vt conuenienti tabella mensium vtaris, ne in hac temporis metamorphosi seu permutatione integrum diem vel amittas, vel incommodè lucrifacias. Scito autem bisextilem annum existere eum, cuius numerum pendentem ab initio annorum Domini quaternarius meritur. Reliqui omnes anni medij sunt communes, vt anni 1488. 1492. sunt bisextiles. Annus ergo Dòmini intermedius 1490. communis est.

Prima forma Alphonsinorum

Iam vt breuiter accipias rationem, quomodo datum tempus Alphonsino abaco fiat accommodatum, primo considera partes canonis conuertendi annos Iulianos in dierum sexagenas, altera enim pars eius habet ἑκατονταετηρίδες, id est centenis annis perpetò assurgit, vel propagatur tantisper, donec ad tres chiliades annorum perueniat altera vero pars annos simplices vel singulos vnius ἑκατονταετηρίδος continua serie proponit, additi sunt simul & menses anni Iuliani tum simplicis tum bisextilis. Similis forma est sequentis canonis conuertendi Iulianos annos Aegyptios & eorum sexagenas, verum hos ambos sequitur canon cuius duæ sunt partes, prior expeditè seruit conuersioni horarum & scrupulorum vnius horæ in scrupula dierum. Posterior autem conuersioni scrupulorum diei vnius in horas, & horæ vnius scrupula, sed prior pars præcipuè vsum habet siue Alphonsino abaco, siue Copernici datum tempus fuerit accommodandum.

Quod reliquum est huius præcepti vno exemplo disces multo rectius, quàm prolixa oratione, quæ res per se tenues, nisi exempla adhibeantur, sæpe obscurat potius, quàm illustrat. Propone ergo tibi absolutum

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

lutum tempus, vt dixi annos 1489, menſes 4. dies 16 horas 10, & ſcrupula 56 vnius horæ Ex canone autem anni 1400. ſunt 2. ſexagenæ tertiæ, 22. ſexagenæ ſecundæ, 2. ſexagenæ primæ. 30. dies, Anni 89. ſimiliter ſunt 9. ſexagenæ ſecundæ 1. ſexagena prima, 47. dies, Menſes autem quatuor, vt in anno communi, ſunt 2. ſexagenæ dierum, inde ſubijce dies 16. per ſe. Ex canone autem conuerſionis horarum, decem horæ ſunt 25. ſcrupula prima diei, deniq;, 56. ſcrupula prima horæ ſunt 2. ſcrupula 1^a, & 20 2^a diei. Hæc omnia conjecta in vnam ſummam, ſeruato & ordine & diſcrimine ſpecierum, vt ſupra in additione præcepimus, ſunt 2. ſexagenæ $3^æ$, 31 ſexag $2^æ$, 6. ſexag. $1^æ$, dies 33, 27 1^a, 20 2^a.

		Sex.	$3^æ$	$2^æ$	$1^æ$	Dies	ſcr.	1^a	2^a
Anni	1400		2	22	2	30			
	89			9	1	47			
Menſes	4				2	0			
Dies	16					16			
Horæ	10					0	25	0	
Scrup.	56						2	20	
Summa.			2	31	6	33	27	20	

Altera autem Copernici forma plané ſimilem tractationem habet, niſi quòd alter canon hic vſurpanpus eſt, nempe conuertendi annos Iulianos in annos Aegyptios & eorum ſexagenas. Nam poſterior ille canon conuerſionis horarum pariter ſeruit vtriq; formæ. Proinde idem tempus natalicium Inclyti Ducis ac Mecenatis noſtri ad vſum calculi ex Copernici inſtituto ſic accommodabis, vt hic ſubiecci, quia præter exemplum nihil deſiderari poteſt. *Secunda forma Copernici.*

		Sex.	$1^æ$	An.	Sex. $1^æ$	Dies	Scr. 1^a	2^a
Anni	1400		23	20	5	50		
	89		1	29	0	22		
Menſes	4				2	0		
Dies	16					16		
Horæ	10					0	25	0
Scrup.	56						2	20
Summa		24	49	8	28	27		20

Tempus igitur aptum calculo Copernici erit 24. ſexagenæ primæ annorum, 49. anni Aegyptij, 8 ſexagenæ primæ dierum, dies 28, ſcrupula prima 27. ſecunda 20. vnius diei.

Adiecimus

Canon vertendi anni Ægyptios in dies & eorum sexagenas.

Adiecimus autem hisce canonibus & alium conuertendi annos Aegyptios dies & eorum sexagenas cuius vsus etiam alicubi, præsertim in Ptolomæi lectione esse potest, qui cum similis sit prioribus satis iam manifestus est. Nunc proximum erat medios motus colligere, nisi pauca quædam alia, quæ ad temporis rationem spectant, nec alibi commodius reponi possunt, prius percurrenda essent, vt sequens tractatio motuum penitus inter se cohæreat.

DE EPOCHIS ET EARVM interuallis.

IIII.

Nulla fuit gens vnquam tam barbara, vel adeo sine sensu omni humanitatis quin vellet Originem suam sciri, & aliquam sui memoriam propagari ad posteritatem. Quam ob causam tum alia multa sunt à diuersis gentibus excogitata, vt insignium rerum ac euentuum præteritorum noticia quantulacunque perueniret ad posteros, tum vero hoc prudenter & vtiliter institutum est, vt vel à rebus gestis alicuius Heroici viri, vel ab auspicijs alicuius regni & conditæ vrbis, vel alio quocunque memorabili casu generis humani annorum series deduceretur. Sed vt in Ethnicis historijs omnia sunt plena caliginis & confusionis, nec vlla annorum certa & constans ratio, ita sola ecclesia veram atque certam, licet breuem, historiæ totius mundi seriem in diuinis libris notatam habet. Ac primi quidem patres annum numerarunt à mundi creatione, non solũ vt mundi ætas ac duratio sciretur ad posteros, & si hoc sane præclarum & ingens bonum est, sed multo magis, vt & de horribili lapsu primorum parentum, & de admiranda Dei misericordia ostensa in promissione seminis admonerent vniversam posteritatem. Quare deinceps & à diluuio, & ab Abrahamo, & à promulgata lege & à condito templo Solomonis. & a captiuitate Babylonica, & ab alijs insignibus seu impiorum pœnis, seu Ecclesiæ liberationibus seriem annorum publice annotauit Ecclesia, vt hi velut tituli annorum de ira, & beneficijs ac patefactionibus Dei omnibus hominibus concionarentur. Verum nulla res a condito mundo accidit nec illustrior, nec admirabilior natiuitate Filij Dei Domini nostri IESV CHRISTI, quem Deus pro sua inenarrabili misericordia voluit victimam fieri ὑπὲρ λυτρου pro peccatis generis humani, ne tõtum cum diabolis periret prorsus, sed aliqua pars, quæ huic se liberatori ac Domino vera fide atque inuocatione adiunxisset, seruata ex communi interitu æternæ vitæ ac gloriæ consuetudine societateque donaretur. Quare vt prima ecclesia ingenti spe atque expectatione annorum seriem continuauit a prima

Ecclesiæ pia consuetudo.

Cur ad initiũ annorum Christi omnia sint referenda

prima seminis promissione. Ita huius postremi temporis Ecclesia rectè numerat annos à natali sui regis ac liberatoris vniuersæ Ecclesiæ, vt & fidem accendat perpetua recordatione, & expectet eundem Messiam breui appariturum, vt ornet pios æterna vita ac gloria.

Hanc igitur Ecclesiæ consuetudinem nos etiam in computationibus cœlestium motuum merito sequimur, vt Dei Creatoris, ac liberatoris nostri immensa beneficia hac quoq; parte, quamuis exigua, prædicemus. Nam & retrò à natali Christi commodissimè motus ex his canonibus numeraueris, adhibito anno Iuliano, perinde ac si semper & vbiq; in hominum vsu fuisset, quia huius anni ratio etsi haud sanè eruditissima est, tamen præ cæteris aliarum gentium annis propriam hanc habet commoditatem, quod æquinoctia & solstitia quotannis propemodum statis diebus recurrunt, nec nisi longo annorum circuitu velut ægrè abijsdem diuelluntur. Ideoq; hic annus Iulianus solus ex ciuilibus aptissimus est, ad numerandam mundi durationem, & vt res gestæ singulorum hominum & ætatum annis suis rectè attribuantur.

Commoditas anni Iuliani.

Sed tamen non à solo initio annorum Christi deducimus tibi æquales motus, verum huic Epochæ alias quatuor adieci, Olympiadum scilicet. Nabonassari, Alexandri & C. Cæs. secutus ea in re vt in alijs Nicol Copernic. virum omnium sęculorum memoria dignum, quem adparet non sine graui consilio hæc potissimum tempora in tam multiplici rerum memorabilium copia elegisse, sed Nabonassari quidem initium maximè ob Ptolemæi lectionem, tum verò omnia tempora simul propter historias, partim Græcas, partim latinas.

Ac epocharum interualla, ex ipso Canone. quem infra posuimus, satis manifesta sunt, nec desiderant aliam explicationem. Verum pauca quædam hic breuiter adijcienda sunt admonendi lectoris gratia, cui parum notæ sunt historiæ.

De Olympiadibus institutis præcipuè ob memoriam diei intercalaris.

Agona olympicum ante bellum Troianum Hercules in honorem ataui materni Pelopis primus edidit, quem diu intermissum ab excidio Troiæ anno 408. Iphitus tandem instaurauit, deficientibus iam & regibus Lacedæmoniorum, & regno Corinthiorum, vt & in Fuscij Chronologia eruditè annotatum est. Atq; hæc fortasse occasio fuit, etsi alia multa insignia in eadem tempora inciderunt, vt natiuitas Romuli, qui fuit οἰκιστὴς vrbis Romæ, victricis postea orbis terrarum. Cum autem Grecorum annus esset ad Lunares menses propriè accommodatus, vt perpetuo sibi constaret, & aliqua ex parte simul ad Solis annuum cursum conueniret, desiderabat non solum mensem, verum etiam diem ἐμβόλιμον seu intercalarem. Quare sapiens antiquitas, cum videret omissione diei intercalaris turbari totam anni &

Duplex intercalatio Græcorum in anno Lunari.

nouiluniorum rationem, instituit hoc quadruplex certamen quarto quoq; anno, id est, sub exitum cuiusq; Olympiadis celebrandum, vt memoriam diei intercalaris ex 4. quadrantibus collecti tam insigni spectaculo vniuersa Greciæ posteritas velut positam haberet ob oculos. Ac mensis quidem intercalatio facta est, aliàs secundo, aliàs tertio anno, ita vt & solstitia & æquinoctia perpetuo intra certos dies suorum quæq; mensium vltro citroq; oberrarent, diei verò intercalatio quarto quoq; anno cuiusq; olympiadis, vt initia mensium constanter nouilunijs responderent, fuitq; initium anni Attici ab æstiua conuersione Solis, ac primo mensi nomen Hecatombæon. Hæc nunc breuiter de Olymp.

Initium Attici anni & Olympiadum

Nabonassari idem qui Salmanassar.

Nabonassar, Ptolemæi in sacris literis non est Nebucadnezar, seu Nabugdonosor, qui euertit Hierosolymas, sed Salmanassar, qui triennio obsessam Samariam cepit, & decem tribus abduxit in Assyriam, quod & historiarum collatio atq; series ostendit, & motus ipsi in cœlo testantur cum Ptolomæi narratione congruentes, verùm de motibus quisq; pro suo ocio periculum fecerit. Sed quod ad historiam attinet primum Mardocempadus cuius vt Babylonici regis annos in trib. ☽ deliquijs numerat Ptolemæus, eumq; Nabonassaro 26. annis posteriorem facit, alius esse non potest, quàm qui tum à Metasthene & alijs scriptoribus, tum verò in sacris literis Merodach nominatur, quæ simul docent eum ad Ezechiam regem Iuda gratulatum misisse de admirando regressus Solis phænomeno, quod ipsius nomine diuinitus ostensum esse fama acceperat. Etsi aũt hoc ostentum fortasse non vbiq; animaduersum est, vt sumus pleriq; omnes in consideratione diuinorum operum nimis oscitantes, tamen Chaldæos, homines ea tempestate cœlestium rerum peritissimos, & sagacissimos huius præposteri motus Solis aspectu vehementer perculsos & attonitos fuisse nihil dubium est. Hæc autem omnia gesta esse pòst fœdam fugam impij Senacherib à Hierosolymorum obsidione destructo iam regno Israel à Salmanassare, apertè docent sacræ litetæ. Primus autem hic Salmanassar ex regibus Assyriacis videtur propter magnitudinem rerum à se gestarum in vicinia nomen suum ad Aegyptios quoq; extendisse, cum superiorum regum fama fuisset in occidente obscutior. Similiter & Ptolemæus Nabopollassarem posteriorem facit Nabonassaro annis 122. quemadmodum sacra Biblia indicant, quod Nabugdonosor vsurpauerit Babylonicum imperiũ pòst Salmanassarem regem Assyriæ annis ferè 100. vt nunc sanè momenta temporũ non nimis subtiliter cõstituamus.

Merodach rex Babylonicus.

Ostentum Ezechiæ exhibitum.

Nabopollassar Ptolemæi est Nabugdonosor.

Alexander Magnus.

Alexandrum historiæ omnes magno consensu tradunt regni Macedonici habenas suscepisse Olympiade 111. & mortuum Olympiade 114. quorum vtrumq; de primis earum annis accipientum est. Tan-

tas

tas igitur res quibus antecellit omnibus summis bellatoribus omnium ætatum gessit omnino annis 12. mensib. 8. vt refert Arrianus. Et quia Babylonia potitus est 6. annis ante obitum, inde suarum periodorum initium facit Calippus, sed ita, vt anni exordium esset ab æstiua conuersione more Atheniensium, non prima a die mensis primi Thoth Aegyptiorum, vt in annis, qui ab Alexandri obitu relati sunt in literas. Constabat autem vna periodus Calippi annis 76. id est, quatuor annis magnis Metonis, qui aliàs vocantur ἐννεακαιδεκαετηρίδες Hic fortasse de annis Chaldæorum, & qui numerantur secundum Dionysium, quorum apud Ptolemæum, item de annis Adhilcarnain, quorum apud Albategnum crebra fit mentio, aliquid dicendum erat. Verùm hæc in alium locum reseruamus, ne à proposito nunc nimis procul euagemur.

Periodus Calippi.

Magnus annus Metonis.

Illud tamen silentio non possum hic præterire, quod apud Censorinum & alios doctos anni ab obitu Alexandri vocantur & anni Philippi, qui est Aridæus frater Alexandri, cuius nomine ac titulo principes socijq; Alexandri regna armis domita 7. annis administrarunt. Quo in loco Alphonsini ex historiarum inscitia errant 12. integris annis in temporum ratione, huius Philippi Aridæi nomen transferentes ad Philippum patrem Alexandri Magni.

Anni ab obitu Alexandri sunt & anni Philip.

Olympiadum anni sunt Lunares ad solis tamen cursum vtcunq; accommodati, quorum initium Attico more semper à meridie primi diei Hecatombæonis, & conuersione Solis æstiua proficiscitur. Anni à Nabonassaro & ab obitu Alexandri Magni apud Ptolemæum sunt Aegyptij, quorum initium non pendet ab aliqua quatuor troparum annui circuitus Solis, sed á meridie primi diei Thoth, qui singulis quadriennijs vnius diei interuallo anticipans à consequentibus recedit in antecedentes.

Anni verò Iuliani & Christi nec sunt Lunares. nec Aegyptij, sed solares ciuiles, quos C. Iulius Cæsar primùm non sine graui consilio instituit, ita vt alij sint dierum 365. alij autem (vt quartus quisq;) 366. eam ob causam, vt Aequinoctia & Solstitia ab ijs diebus quibus semel adhæserint, non nisi longo annorum tractu recedant in præcedentia.

Annus Iulianus.

Etsi autem annorum historiam alibi copiosiùs explicare decreui, id tamen nunc monere visum est, quod in primo anno Iuliano tria fuerint maximè memorabilia. Adhibuit enim Cæsar in hac anni ordinatione Sosigenem artificem ea tempestate insignem, vt non temerè apud Lucanum glorietur Nec meus Eudoxi fastis superabitur annus. Primùm est, quòd ab initio Olympiadum ad initium annorum Iulij sunt pleni anni Aegyptij 730. Alterum, quod in hoc pri-

Tria memorabilia.

mo anno primus dies Hecatombæonis Athenienſium congruebat ad primum diem menſis Quintilis. Et hæc cauſa eſt, vt cætera nunc omittam, quòd Quintilem voluit à ſe Iulium cognominari. Itaq; cum per annos Aegyptius 730. iuxta Olympiadum rationem intercalati eſſent dies 182. totidem etiam dies in hos 6. menſes, Ianuarium, Februarium, Martium, Aprilem, Maium & Iunium ſecutus Romanam quandam rationem coniecit. Poſtremum eſt quod è prima Olympiade vſq; in primum diem Quintilis primi anni Iuliani dimidium anni τοῦ κυνικοῦ Aegyptiorum peractum fuit, qui continet annos Aegyptios quidem 1461. Iulianos verò tantum 1460. principium trahens illis temporibus ab exortu Caniculæ. Ex his iam perſpicuum eſt, quod principium Iuliani anni magna ſolertia partim ad Græcum, partim ad Aegyptium annum fuerit accommodatum. Breuiter nunc hæc commemoro properans ad ſequentia. Initium verò anni Iuliani ſimiliter & CHRISTI non pendet à meridie Calendarum Ianuarij. ſed à media nocte antecedenti iuxta Romanam conſuetudinem.

Annus κυνικὸς ἀπὸ exortu caniculæ.

Initium anni Iuliani à media nocte.

De initio annorum CHRISTI ſatis iam dictum eſt, quantum hic locus requirit, nec ferè quiſquàm ignorat, quòd primum annum Domini anteceſſerit proximè annus Biſextilis.

Numerantur autem à condito mundo ad diluuium anni	1	6	5	6
A diluuio ad exitum ex Aegypto, ſeu primum Paſcha		7	9	7
Inde ad initium annorum Chriſti.	1	5	0	9
Vt ſint à condito mundo ad CHRISTVM IEHOVA	3	9	6	2

Anni Arabum ſeu Mahometici furoris.

Fortaſſe hic etiam non omittendum eſt, quod ab initio annorum CHRISTI numerent ad initium annorum Arabum dies 227015. id eſt annos Aegyptius 621. diesq; 350. & inde porrò ad initium Perſarum dies 3624. id eſt, annos Aegyptios decem, minus diebus 36. Annos Arabum vocant Alhegera, id eſt ſeditionis vel ſeductionis blaſphemi Mahometi, & Perſarum annos Ieſdagert. Cum autem æræ (vt vocant) ex Alphonſi ſententia admodum deprauatæ circumferantur, etſi earum non magnus vſus eſt, quod interualla earum à veritate hiſtorica plerunq; diſſentiant, tamen eam quoq; tabulam ex antiquiſſimo codice manu ſcripto in fine huius noſtri operis emendatum adiecimus, vt vel ex hac collatione quanta doctrinarum omnium lux, his temporibus Dei beneficio rurſus accenſa ſit intelligatur.

De æris Alphonſi.

V. PRAECEPTVM DATO ANNORVM

numero à Chriſto vel porrò vel retrò, datus dies anni Iuliani ad quem diem anni Aegyptij quadret.

Sicut

Sicut vna quælibet gens,imó quilibet ferè populus tum ob alias cauſas multas æmulationum, tum vero præcipue ob religionis & ſacrorum diſsimilitudinem inſtituit aliud initium anni,aliamq; eius magnitudiuem vſurpauit, & intercalationem, deniq; menſes aliter diſtribuit, quàm vicina aliqua, Ita ex omnibus gentibus ſoli Aegyptij & Babylonij æquabilem annum, nempe dierum trecenorum ſexagenorum ac quinorum & primum amplexi ſunt, & poſtea conſtanter retinuerunt, Babylonij quidem, vt qui inter primos à vera Eccleſia Dei ſeiunctos ſe eſſe declarare voluerunt, mox vt arbitror, á diluuio hanc æquabilem anni rationem inierunt. Aegyptij verò aliquanto pòſt & vt exiſtimo,ab egreſſu populi Iſrael. Nam ante illam calamitatem ſanctorum patrum exemplo ipſi quoq; vſi videntur eſſe anno Lunari quem iam inde vſq;ab initio mundi eccleſia ſemper obſeruauit, & nunc etiam in anno Iuliano quanquam ſolari, Paſchæ lætiſſimam ſolennitatem ad Lunares Menſes quoquo modo accommodamus. Porro Aegyptij ita pertinaciter anni ſui formam ſecuti ſunt vt cum ſæpe à Romanis Imperatoribus de feciſſent, tandem à Dioclètiano coacti ſint præter patrium morem tot ſeculorum vſu confirmatum vti etiam die intercalari, & menſes ſuos aptare Romanis menſibus, vt palam hoc etiam argumento ſe profiterentur ſubiectos eſſe Romano Imperio. Sicut autem hic tam æquabilis annus conuenientiſſimus fuit obſeruationibus cœleſtium motuum,quibus primum Chaldæi,poſtea horum inuitati exemplo Aegyptij ſummo ſtudio incubuerunt, ita nec æquinoctia nec ſolſticia ſtabilia eſſe potuerunt, ſed propter defectum quadrantis diei progreſſa ſunt in conſequentia, ſicut in noſtro anno Iuliano paulatim anticipant,quia plus iuſto intercalatur. Qua de cauſa cum ſubinde alij dies anni Iuliani quadrent ad alios dies anni Aegyptiaci, præceptum huius rei proponendum cenſui, tum ob alias vtilitates, quas hic recenſere longum eſſet, tum ob lectionem Ptolomæi in qua nemo quantumlibet Geometriæ & numerorum peritus, niſi ſimul teneat dierum Aegyptiorum iuſtam applicationem ad noſtros dies,expedire ſe vllo modo poteſt. Supra autem dixi retro ante Chriſtum & C. Cæſarem cogitandum eſſe vſum anni Iuliani ita vt omnium temporum hiſtorias ad eum referamus, propterea quod inter ciuiles annos videtur huic negocio potiſſimum conuenire.

Solus Aegyptius annus æquabilis.

Annus Aegyptius cur mutatus à Diocletiano Imper.

Hoc igitur & ſequens præceptum vt commodè tractari queat, exhibemus tibi Canonem vertendi dies anni Iuliani in dies anni Aegyptij, qui propriè quidem accommodatus eſt ad tres primos à natali CHRISTI, verum reliquis annis tam ante,quam poſt Chriſtum in vniuerſum ſeruire poteſt in hunc modum.

Præceptum. Si dati anni fuerint pòst Christum, diuide hunc datum numerum per 4. & exeuntem numerum interea serua. Postea datum diem nostri mensis extrà in siniſtro latere dicti canonis quærito, & sub eodem mense descendendo, vbi ad Angulum communem veneris, occurrentem numerum collectorum dierum excerpito. Huic iam inuento numero adiunge prius seruatum abiectis 365. si excreuerint. Collectus enim vel relictus numerus si rursum in area quæratur, sub eodem titulo collectorum dierum ostendet iuxta in area sub titulo dierum mensium Aegypt. & diem & nomen mensis Aegyptij, vt libeat scire ad quem diem anni Aegyptiaci quadret 25. dies Iunij hoc anno Domini 1551. Primùm hic datus numerus annorum in 4. distributus ostendit 387 vel 22. abiectis nimirum 365. Inde canonem ingressus, cum 25. Iunij inuenio sub titulo dierum collectorum dies 176. quibus additi 22. faciunt 198. Iam 198. quæsiti sub eodem titulo ostendunt iuxtà versus dextram 29. diem epephi Aegyptiorum, quemadmodum & in nostris Ephemeridibus annotauimus

Exemplum anni post Christum.

Quod si dati anni fuerint ante Christum, primùm ab eis aufer vnitatem, eò quòd proximus annus ante initium Christi fuit Bisextilis, postea reliquum numerum partire per 4. & inuentum serua, adiecta tamen prius vnitate, & rursum abiectis 365. si redundauerint. Inde similiter ingredere cum die nostri mensis, vt dictum est, & ab inuento numero collectorum dierum aufer iam seruatum numerum. Reliquus enim in area canonis iuxta se itidem monstrabit diem anni Aegyptiaci. Vt si quæratur, quis dies anni Aegyptiaci sit 12. Nouembris anno 324. ante Christum. Abiecta vnitate partire 323. per 4. habebis 80. & addita rursus vnitate 81. Inde cum 12. Nouembris ingressus canonem sub titulo, collectorum dierum video dies 316. ex quibus reiecti 81. relinquunt 235. Hi denuò sub eodem titulo in area canonis iuxta se indicant primum diem Thoth mensis Aegyptij.

Exemplum anni ante Christum.

VI. PRAECEPTVM. DATO ANNORVM NVMERO à CHRISTO *vel porrò vel retrò datus dies anni Aegyptij ad quem diem quadret anni Iuliani.*

Præceptum. Rursus anni Christi diuidantur per 4. vt in præcedenti præcepto traditum est, obseruato eodem discrimine, vtrum porrò vel retrò numerentur, & inuentus numerus seruetur abiectis 365. si redundauerint. Inde contraria via eundem est. Datum enim diem Mensis Aegyptij, quære in area canonis, sub titulo dierum mens. Aegypt. & numerum iuxta positum sub titulo collectorum dierum excerpe. Huic dierum numero adde prius seruatum, si dati anni fuerint ante Christum,

vel

vel aufer, si fuerint post. Collectus enim vel relictus dierum numerus in area inuentus ostendet extrà in siniſtro margine diem, & in capite Canonis mensem noſtri anni. Vt si viciſſim quæratur viceſimus nonus dies Epephi Aegyptiorum, cui diei Iuliano reſpondeat hoc anno Domini 1551. primum ex quaternaria diuiſione colligo dies 387. & abiectis 365. reſeruo 22. Inde in area Canonis quæſiti 29. dies Epephi iuxta ſe exhibent 198. dies collectos ab initio anni, à quibus ablati 22. relinquunt dies 176. Hi iam in area Canonis inuenti extrà in siniſtro margine monſtrant 25. diem Iunij, qui ſcilicet menſis in capite Canonis adſcriptus eſt.

1. *Exemplum anni poſt Chriſtum.*

Similiter ſi quæratur primus dies Thoth anno 324. ante Chriſtum id eſt, primo anno ab obitu Alexandri, cui diei Iuliani conueniat, primum ex quaternaria diuiſione 323. exiſtunt 80. & adiecta vnitate 81. Inde iuxta primum diem Thoth reperio in area Canonis dies 235. quibus adiecti 81. conficiunt 316. Hi in area rurſum inuenti extrà indicant 12. Nouembris, vt ſupra dictum eſt. Initio igitur annorum ab obitu Alexandri primus dies Thoth congruebat duodecimo diei noſtri Nouembris, vt retrò cogitemus etiam nunc in vſu fuiſſe noſtrum annum Iulianum. similiter primus dies Thoth congruebat ad 26. Febru. arij primo anno Nabonaſſari, quem in ſacris literis nuncupari diximus Salmanaſſarem.

2. *Ante Chriſtum.*

VI. Præceptum. Datus dies in anno dato ab initio quota ſit feria hebdomadis, quomodo CHRISTI, cognoſcatur.

Ideo Deus & condidit genus humanum, & infinitam ſuam ſapientiam, iuſticiam, bonitatem, ac miſericordiam certiſſimis argumentis, rerum creatione, ac promiſſione ſeminis patefecit, vt agnoſcatur & celebretur à genere humano, non ſolùm in hac vita, ſed in omni æterni tate. Quapropter Eccleſia Dei ab initio mundi vſq; in hunc diem ſeruat dierum hebdomadas inſtitutas à primis patribus vt memoria creationis rerum, & patefactionis Dei ad omnem poſteritatem progagaretur. Nam primi patres ad exemplum creationis dies ſex deſtinarunt operis ruſticis & Oeconomicis, quæ neceſſaria ſunt ad hanc vitam & hominum inter ſe ſocietatem tuendam. Septimum vacare omni opere voluerunt, torumq; Deo ac diuinis rebus ſacrum eſſe, in quo fierint πανηγύρεις in quibus homines de Deo, de peccato de ſemine promiſſo, & de cæteris Eccleſiæ neceſſarijs dogmatis ſubinde erudirentur, & quantum omnino fieri poſſet, ſanctis opinionibus ab ipſis velut incunabulis imbuerentur. Deniq; ſimul etiam Deo conditori

Quota Feria Hebdomadis.

conditori & ſeruatori eccleſiæ ſuæ gratias vno ore agerent, & ingentia beneficia, quibus quotidiè Deus nos obruit, diſcerent conſiderare in talibus congreſſibus. Ideo & ſeptimus dies accepit ſabbati nomen à quiete, vt admoneamur relictis alijs rebus & ſtudijs, quæ ſunt præſentis vitæ, certa tempora etiam pijs meditationibus & colloquijs de Deo ac de futura vita tribuenda eſſe, & reliqui dies ſex ad ſabbatum velut caput referuntur, vocantur enim prima ſabbati, ſecunda, tertia, quarta, quinta, ſexta, vt ſeptimo loco ſabbatum velut antecedentium conſummatio accedat. Ac ſequitur nunc hæc poſtrema eccleſia eandem patrum conſuetudinem perpetuo conſentiũ, niſi quod iuſta de cauſa ſabbatum impijs; ac blaſphemis Iudæis verum Meſsiam auer ſantibus relinquit, & loco eius primam feriam celebrat, quam vocamus dominicum diem, quod eó die Chriſtus æterni patris filius à morte reſurrexerit, æternamq; Eccleſiæ ſuæ ſalutem auſpicatus ſit. Inde ſequentes dies vocat ſuo ordine, ſecundam, tertiam, quartam, quintam, ſextam, & ſeptimam feriam, quæ eſt Iudaicum ſabbatum. Notæ ſunt & Aſtrologicæ adpellationes, vt dies ☉, ☽. ♂. ☿, ♃, ♀, ♄, de quarum adpellationum ordine alibi dicitur copioſius.

Triplex via inueniendi numerum feriæ.

Sæpe igitur fit, cum dies aliquis in anno proponitur, vt geſtiat animus ſcire in quam feriam hebdomadis incidat. Eius quoq; rei noticia ne ſit petenda longius, triplicem viam proponimus, quarum prima omnium eſt ſimpliciſsima. Referimus autem huius rei tractationem ad initium annorum Chriſti, vbi collocamus 6. tanquam fundamentum ſeu radicem, ideo quod vltimus dies Decembris antecedens hoc initium Chriſti fuit ſexta feria.

1. Prima vulgaris.

Prima igitur via iuxta vulgares annos Iulianos ita ſe habet. Diuide datum annorum plenorum numerum á Chriſti initio per 28. & reſiduos annos, ſi qui fuerint, infer in canonem feriarum ſub titulo annorum cycli ſolaris, ibiq; numerum feriarum iuxta poſitum excerpe, ſimiliter age cum menſibus, reliquos inde dies vſq; ad eum, cuius feriam ſcire cupis diuide per 7. & huius reſiduum adde prioribus duob. numeris feriarum. Deniq; hoc totum collectum adde radici, ſi anni fuerint poſt Chriſtum, vel aufer à radice Chriſti, ſi fuerint ante. Ita enim vel conflabis vel relinques numerum feriæ, in quam incidit datus dies. Duobus exemplis lucem adferre huic præcepto conabor.

Exemplum primum.

Vt libeat ſcire viceſimus ſextus Iunij huius anni 1551. quota ſit feria. Annis plenis 1550. diſtributis in 28. reliqui fiunt anni 10. quibus ingreſſus canonem feriarum ſub titulo annorum vnius cycli ſolaris reperio 5. feri as, Inde ſimiliter cum Maio, vt qui proximè plenus menſis exiſtit, reperio 4. ſub titulo anni communis poſt Chriſtum. Poſtremò

ſtremò reliqui dies 26. diuiſi in 7. relinquunt 5. iam hi 3. numeri coaceruati ſunt 14, quibus additæ 6, tanquam radix annorum CHRISTI colligunt 20. Hi rurſum in ſeptenarium diſtributi, relinquunt 6. Ideo pronuncio 26. Iunij eſſe 6, feriam ſicut & Calendariorum vſus monſtrat.

Alterum exemplum. Volo ſcire 12. dies Nouembris 324. anni ante Chriſtum quota ſit feria, annos plenos 323 (abiecta nimirum vnirate) diuido per 28. ſuperſunt 15. qui ſub annis Cycli Solaris quæſiti exhibent 4. ferias. Inde in menſibus anni communis ante Chriſtum December plenus dat 3. ferias, & reliqui dies 19. Nouembris, numerati ſcilicet retrò à fine eius vſq; ad 12, diſtributi per 7. largiuntur 5. ex reſiduo, quæ feriæ omnes coniunctæ ſunt 12. & abiectis 7. (quod hic ſemel tantùm fieri poteſt) reliquuntur 5. quæ tandem ablatæ ex radice 6. reliquam faciunt vnitatem. Ideo 12. dies Nouembris fuit Dominicus, vel Iudęis prima feria ſequens Sabbatum. Ex his duobus exemplis cætera in vniuerſum iudicabit prudens lector, quem volo tamen admonitum Calendas Ianuarij anni vltimi ſeu proximi ante Chriſtum fuiſſe 5. feriam, eò quòd annus ille fuit biſextilis. *Alterum.*

Sed iuxta Alphonſinam formam quomodo hoc negocium tractetur, ijſdem exemplis breuiter intelligi poteſt. Prius igitur tempus poſt Chriſtum calculo Alphonſino accommodatum ſuppeditabit duas ſexagenas tertias, 37. ſexagenas ſecundas, 18. ſexagenas primas dierum, tum verò dies 34. annumerato videlicet 26. die Iunij, de quo eſt quæſtio, tametſi in motibus non niſi plenos dies ſumere oportet Primùm ergo ex Canone feriarum 2, ſexagenæ ſub titulo tertiarum præbent 2 ferias, inde 37. ſex. ſub titulo ſecundarum dant 4, inde 18. ſexa. ſub titulo primarum præbent 2. ferias, & tandem 34. indicant 6. qui quatuor numeri colligunt dies 14. & addita radice 6. euadunt in ſummam 20. Cætera perage vt priùs. Similiter poſterius tempus Alphonſino abaco aptatum ſic ſe habet 32. ſexagenæ ſecundæ 47. ſexagenæ 1ae. 5. dies, quibus ordinè reſpodent feriæ 1. 6. 5. id eſt in ſumma 12. Cætera vt priùs, *2. Alphonſina forma.*

Poſtremò ſi anni Iuliani fuerint abs te conuerſi in Aegyptios, quomodo etiam abſq; vllius Canonis adminiculo negotium hoc tractetur, ijſdem exemplis diſce. In priori exemplo ſunt à Chriſto ad nos anni Aegyptij pleni 1551. diesq; 199. annumerato rurſus ipſo viceſimo ſexto die Iunij, inquo omnis quęſtio nunc verſatur. Iam anni 1551, diſtributi in ſeptenarium relinquunt 4. ferias: ſingulis enim annis reſpondent ſingulæ feriæ. Similiter dies 199. diſtributi relinquunt ferias 3. quæ ſimul cum radice 6. ſunt feriæ 13. (quod hic ſemel tantùm *3. Tertia forma ex annis Aegyptijs.*

fieri poteſt) reliquæ oſtendunt 26. diem Iunij eſſe 6. feriam. Similiter in poſteriori tempore à Chriſto verſus initium mundi diſtributis plenis annis Aegyptijs 323. in 7. relinquitur vna feria, diebus verò 130. relinquntur 4. feriæ, quæ pariter ſunt 5, feriæ, ablatæq; ex radice 6. relinquunt vnam feriam ad diem 12. Nouembris anno 324. ante Chriſtum, quod antè diximus eſſe initium annorum ab obitu Alexandri.

Hactenus etiam de temporum ratione præcepta tradidi, quæ noſtro inſtituto ſufficiunt. Nunc ad motus ipſos reuertor, in quibus primum ratio computandi medios ſeu æquales motus tradenda eſt.

VIII. PRAECEPTVM DE CALCVLO MEdiorum ſeu æqualium motuum

Scopus aſtronomicarum tabularum.

Sæpe iam dictum eſt, hunc ſcopum eſſe omnium Aſtrouomicorum canonum ſeu tabularum, vt citra vllam obſeruationis moleſtiam ſtelarum motus vel adparentia in cœlo loca numerorum peritis veriſſimè & quàm expeditiſſimé exhibeant, quodcunq; tempus proponatur ſiuè præſens, ſiue fututum, aut etiam quod multis ſeculis ante præterierit. Sed cum adparentes motus ſint admodum diſſimiles & inæquales, inuenti ſunt magna ſolertia & labore artificum primùm æquales motus, qui æqualibus temporibus aptè congruunt: accedunt deinde Canones Proſthaphæreſeon, qui monſtrant, quid æqualibus motibus ſeu locis, in quauis circuli parte addendum ſit, demendúmue, vt noticiam verorum motuum adipiſcamur. Iam ad ipſos æquales motus colligendos ex Canonibus opus eſt inprimis epocha, quæ nihil aliud eſt, quàm initium motus congruentis certo tempori, vnde æquales motus deriuamus ad alia tempora vel ſequentia, vel etiam antecedentia.

Triplex via colligendi æquales motus.

Suprà autem docui datum tempus ad vſum calcui æqualium motuum accommodare. Nunc ergo triplex forma colligendi hos æquales motus monſtranda eſt breuiter. Ac vulgari tempori ſeruiunt primi Canones mediorum ſeu æqualium motuum, qui ordinè reſpondent annis primúm collectis, poſtea ſimplicibus, deinde menſibus, deinde diebus, poſtremò horis, & earum ſcrupulis. Et quia hic ordo Canonum per ſe ſatis præceptum huiuſce calculi explicare videtur, vtor tantúm exemplo, in quo videt lector concinnam temporis tranſacti diſtributionem abhibendam eſſe. Sint ergo à CHRISTO completi anni 1489. menſes 4. dies 16. horæ 10. ſcrupula vnius 56. Libet inquirere æqualem motum Solis ſimplicem, qui videlicet æquabiliter numeratur á Prima ſtella Aſteriſmi Arietis. Iam quia hoc tempus ab

1. ratio vulgaris,

initio

initio Christi pendet, excerpito ante omnia epochen Christi, cui motus omnes sequentis temporis adiungendi sunt. Ea autem epoche est 4. sexag. 32. part 29 1^a, 51 2^a, Hinc annis 1400 in sinistro margine congruunt sub titulo simplicis motus Solis 5. sexag 50. part. 45. 1^a, 11 2^a, inde annis 80 in eadem pagina. 5. sexag. 59, part. 28 1^a, 18 2^a, Inde annis 9. simplicibus sub eodem titulo 5. sexag. 59 part. 41 1^a, 59 2^a, Inde 4. mensibus scilicet ad finem Aprilis 1. sex. 58 part 16 1^a, 23 2^a, vt in anno communi. Inde diebus 16. congruunt 15. part. 46. 1^a, 11 2^a, Inde 10. horis 0. pars. 24 1^a, 58 2^a, Inde 30 scrup. horæ vnius 1 1^a, 14 2^a, ferè, & rursum 26. horæ scrupulis 1 1^a, 42 2^a. Canon enim scrupulorum horæ desinit in 30. Ideo ad hunc modum duplici vtendum est introitu, quoties plura quàm 30. scrupula horæ vnius proponuntur. Iam hæc omnia in vnam summam ordinè coaceruata abiectis integris circulis, vt supra dictum est, offerunt æqualem motum ☉ simplicem dato tempori congruentem, 0. sexag. 36. part. 54 1^a, 29 2^a, quemadmodum hic subiecimus.

	Sex	Par,	Scru.	//
Epoche Christi	4	32	29	51
Annorum 1400	5	50	45	11
80	5	59	28	18
9	5	59	41	39
Mensium 4	1	58	16	23
Dierum 16		15	46	11
Horarum 10			24	58
Scrup. 30			1	14
26			1	4
Aequalis motus	0	36	54	29 quæsitus

Hoc igitur modo cæteros æquales motus in vniuersum omnes colligendos esse memento, ne eadem cantilena odiosè sit repetenda.

Quòd si voles colligere æquales motus ad tempus quoddam epochen tuam antecedens, totius continui temporis retrô numerati motus in vnam summam coniecti auferendi sunt ab epoche. Cuius rei exemplum supra in subtractione tibi exhibuimus.

Sed Alphonsinam formam in colligendis medijs motibus nonnulli magis probant, quòd & vnico canone vbiq; sit contenta, & plerunq; paucioribus ingressib. expediatur. Discas & hanc prorsus ex hoc vno exemplo. Tempus natalitium inclyti Ducis Borussiæ huic calculo aptatum ita se habet 2. tertiæ, 31. secundæ, 6. primæ sexag. dierum, ac dies præterea 33 27 1^a, 20 2^a. Canones autem æqualium motuum huic & sequenti formæ conuenientes antecedunt singuli suarum Prosthaph.

2. *Ratio Alphonsinorum.*

canones, in quibus primus est præcessionis æquinoctiorum, inde Solis, Lunæ, Saturni, Iouis, Martis, Veneris, atq; Mercurij.

Ad datum igitur tempus eundem æqualem motum ☉. simplicem sic colligito. Epoche Christi primo loco scribatur sicut priùs. Inde 2. sexagenis tertijs dierum congruunt 4. sexagenæ 22. part 44 1^a, $32\ 2^a$, $22\ 3^a$, sub titulo tertiarum sexagenarum dierum, nam antecedentes numeros tanquam integros circulos præterimus, quemadmodum etiam ex 16. sexagenis partium abiecimus 12. velut 2, circulos, vt reliquæ fierent illæ 4. sexagenæ, hoc compendio mox inter excerpendum vtaris, quoties vsus exigit, inde 31. sub titulo sexagenarum secundarum congruunt 3. sex. 13, part. $52\ 1^a$. $30\ 2^a$, $22\ 3^a$, ferè, abiectis rursum 30, sexagenis, velut 5. circulis Inde 6. sub titulo primarum sexagenarum dierum congruunt, 5. sexag. 54. part. $49\ 1^a$, $8\ 2^a$, $14\ 3^a$, ferè, Inde 33, sub titulo dierum 0. sexag. 32, part. $31\ 1^a$, $30\ 2^a$, $15\ 3^a$. *Atq;* hactenus tituli in capite canonis inspiciendi erant. Nunc ijdem indices imas partes possident. Nam 27. scrupulis primis vnius diei congruunt 0 grad. $26\ 1^a$, $36\ 2^a$, $41\ 3^a$, item 20 scrupulis secundis $0\ 1^a$, $19\ 2^a$, $43\ 3^a$, ferè. Vides igitur quæ in hac Alphonsina forma præcipuè obseruanda sint, nempe tituli, & initia eorum numerorum qui excerpuntur. Nam dum per tertias sexagenas dierum canonem ingredimur, tres primos locos in motibus tanquam supernumerarios præterimus, per secundas verò sexagenas duos tantùm primos, deniq; per primas vnicum saltem primum. In diebus autem singulis nullus prætermittitur locus. Rursum in scrupulis dierum primis, locus primus canonis est grad. seu partium, in secundis verò idem locus est scrupulorum primorum, & sic deinceps congruenter Iam hæc omnia coagmentata decenter exhibent æqualem motum, vt prius 0. sexag. 36. part. $54\ 1^a$, $29\ 2^a$, Satis est enim vsq; ad secunda scrupula partis progredi in calculo motuum, sed ne quid desiderari possit singula rursus suo ordine subiecimus.

	Sex	par	1^a	2^a	3^a
Epoche Christ	4	32	29	51	33
Dierum 2. sexa. ter.	4	22	44	32	22
31. sex. sec.	3	13	52	30	22
6 sexa primæ	5	54	49	8	14
Dies 33		32	31	30	15
Scrup. pri. 27			26	36	41
Sec. 30				19	43
Æqualis motus quæsitus.	0	36	54	29	10

Ita Alphonsina forma quia totum tempus intermedium aptissimè refert

refert,ad vnam dierum ſpeciem,per ſexagenas & ſcrupula eorum,contenta eſt in ſingulis æqualibus motibus ſimiliter vnico canone quem ſemper dextra pagina offert. At ſequens Copernici forma,etiam vbiq; ſiniſtrum canonem ſibi adſciſcit propter annos Aegyptios & eorum ſexagenas, vt in eodem exemplo tempus iuxta eius formam ſic habet 24.ſexagenæ annorum, 49. anni *Aegyptij* 8. ſexagenæ dierum,diesq; 28.27 1ª,20 2ª, *Ad* hoc tempus rurſum colligatur æqualis motus ⊙ ſimplex, primùm in ſiniſtra parte ad 24.ſexagenas annorum offerunt ſe 5. ſexag. 55.part 40 ª,11 2ª,23 3ª. Nam primus locus rurſus tanquàm ſupernumerarius relinquitur, & de 53. ſecundo loco abijciuntur 48. velut 8. circuli.Inde 49.annis congruunt 6.ſexag.47.part.36 1ª 9 2ª,33 3ª, Poſtea in dextra pagina 8, ſexagenis dierum congruunt 1.ſexag.53.part.5 1ª,30 2ª, 58 3ª, Primus enim locus prætermittitur, & in ſecundo de 7. abijciuntur ſtatim ſex velut integer circulus. Inde 28 diebus congruunt 27. partes 35 1ª, 49 2ª, 18 3ª, & 27. ſcru. primis 26 1ª, 36 2ª, 41 3ª, & 20. ſecundis 19 2ª, 43 3ª, Quæ ſimiliter vnà cum Epocha collecta in vnam ſummam efficiunt 0.ſex. 36. part. 54 1ª, 29 2ª, 9 3ª. Verùm in ſecundis ſcrupulis partim citra vllam calculi iacturam reſiſtimus. Ecce rurſus

3ª *ratio Copernici.*

	Sex.	par.	ſcr. 1ª	2ª	3ª
Epoche CHRISTI	4	32	29	51	33
24. ſexag. annorum	5	55	40	11	23
49. anni *Aegypt.*	5	47	36	9	33
8 ſexag. die	1	53	5	30	58
28. dierum		27	35	49	18
27. ſcr. pri.			26	36	41
20. ſcr. ſecun.				19	43
Aequalis ⊙ motus ſimplex propoſito tempori congruens.	0	36	54	29	9

Hactenus ergo triplicem formam colligendorum æqualium motuum monſtraui, etſi ſtudioſus lector,qui primùm huic calculo manus admouet, vtiliùs ſeſe ad vnam tantúm formam adſuefecerit, ne animus eius hac varietate diſtractus facilè erroribus implicetur. Deinceps ergo de veris motibus diſſerendum erit, quibus cum deſeruiant canones proſthaphæreſeon, horum deſcriptio priùs tradenda eſt, vt & partes & tituli eorum cogniti vſum reddant faciliorem.

XI. PRAECEPTVM DE PARTIBVS TITVlis,& uſu canonum Proſthaphæreſeon.

De ſemicirculo.

Omnes canones Proſthaphæreſeon motum æqualium in longitu-

 dinem

dinem extendunt se vsq; ad semicirculum. ideo quòd in duob, certis punctis circuli ex diametro oppositis, apogeo scilicet & perigeo, nullum existat discrimen æqualis & adparentis motus, sed tota varietas perpetua serie eodèmq; modo in vtroq; semicireulo conficiatur, ita videlicet, vt & circa media ferè puncta maxima fiat prosthaphæresis, & bina loca vtriusq; semicirculi ab alterutro illorum certorum punctorum æqualiter distantia habeant ipsas prosthaphæreses magnitudine æquales, sed qualitate dissimiles. Eadem enim æquatio in altero semicirculo additur, in altero autem subtrahitur æqualibus motibus quemadmodum hoc discrimen ipsis titulis, indicatur: Et in elementis ac hypothesibus Astronomiæ, causas huius varietatis eruditè monstrant artifices.

Sexagenæ plenæ intelligantur item: & alia.

Hinc in singulis canonibus supremi quidem tituli vel indices à nulla parte progrediuntur in 180. partes, vel ab 0. sexagena in 5. sexagenas plenas, at infimi indices à 180. partib. ad 360. vel à 5. plenis sexagenis ad 6. plenas. quæ absoluunt totum circulum. Ac sexagenæ quidem ipsæ sic notatæ semper plenæ intelligantur. Singularum verò sexagenarum seu gradus seu partes (nam his appellationib. promiscuè vtimur) in margine tàm sinistro quàm dextro adscripti sunt, hac lege, vt cum datas sexagenas plenas offert caput canonis, gradus reliqui adiacentes ipsis sexagenis in descensu sinistri marginis quæri debeant, in ascensu autem dextri marginis, quando imum canonis habet datas sexagenas.

Differentiæ,

Iam ipsa area cuiusq; canonis continet prosthaphæreses, quib. singulis suæ adiectæ sunt differentiæ à gradu in gradum. Ac in differentijs quidem A. titulus est index additionis. S. verò subtractionis, pro vt æquationes ipsæ vel crescunt vel decrescunt vnde etiam alicubi occurrentes paragraphi ostenduut loca vicissitudinum, in quibus fit transitus ab additione in subtractionem, vel è contra. Proinde cum ambæ literæ A. & S. occurrunt in eodem ordine alicuius paginæ, prima. vt in capite canonis superior in calce autem inferior, valet vsq; ad paragraphum. inde reliqua litera ad finem eius ordinis siue ascendas siue descendas. Hæc sunt quidem puerilia, sed iuuare discentium studia conamur.

Canon octauæ sphæræ.

Primus canon prosthaphæreseon octauæ sphæræ duas habet partes seu ordines, videlicet æquationem præcessionis æquinoctiorum, & æquationem obliquitatis signiferi, vel declinationis ☉. maximæ.

7. errantium.

Reliqui canones stellarum 7. errantium singuli habent ordines quadruplices, quibus rursum singuli ordines differentiarum adiacent, vt sint in summa particulares ordines 8. Quilibet enim planeta principaliter gèminam desiderat æquationem, quarum alteram generaliter vocemus centri, alteram orbis. Iam ipsa orbis æquatio quia ad alterum extremum locum sui circuli vel proximum vel remotissimum computata est

ta est, adsciscit & alium ordinem titulo excessus. Et rursus vt numeri huius adsciticij ordinis congruenter ad vsum queant transferri, accedit ipsi æquationi, quam centri diximus, adhuc alius ordo, nempe scrupulorum proportionalium. Itaq; hi duo ordines, qui sunt appendices duorum principalium, excessus, inquam, & scrupula proportionalia omninò se habent correlatiuè, vt alterum ex altero pendeat. Nam si alterum eorum nihil fuerit, reliqui etiam nullus vsus est, sed si vtrumq; est aliquid, pars proportionalis seu congruens scrupulis proportionalibus de excessu colligitur, quæ in omnibus planetis perpetuó citra vllam exceptionem ad orbis æquationem adiungitur. Etsi autem de parte proportionali supra in logistice dictum est, tamen vbi opus erit, nonnulla discentium gratia repetemus.

Excessus & scrupula proportionalia.

Postremò quoties ingrederis aliquem horum Canonum vel cum integris sexagenis, vel cum sexagenis & integris partibus, ita vt nulla superfint scrupula, ritè excerpta æquatio in angulari proselide, seu communi angulo per se iusta est, nec aliam desiderat correctionem, sed si qua scrupula patribus adhæserint, adhibenda est correctio, ita vt de differentia pars proportionalis seu congruens illis scrupulis inuenta æquationi vel addatur, vel subtrahatur, prout æquatio crescit vel decrescit. quemadmodum dictum est.

De Correctione seu emendatione per partem congruentem.

Cæterùm de appellationibus quia alio loco dictum est, ero hic brevior. Quod recentiores vocant æquationem, id Ptolom. eruditè vocat προσθαφαίρεσιν, quæ dictio Græca est, & ex duabus alijs, quæ Arithmeticæ artis propriæ sunt, concinnè componitur, quarum altera πρόσθεσις, additio Latinis est, altera ἀφαίρεσις subtractio. Est enim hæc natura Prosthaphæreseos, vt aliás addatur aliàs dematur æqual. motib.

προσθαφαιρεσις.

Scrupula proportionalia.

Adpellatione scrupul. vtimur, vt alij minutorum pro particulis sexagesimis alicuius integri. Scrupula autem quæ vocantur proportionalia in omnibus planetis sunt vniusmodi, nempe in apogeo Eccentri nulla in perigeo 60, quod Ptolom. in sola ☽. obseruauit. Nos in hac quoq; parte Coper. viam secuti Prosthaphæreses orbis tantum ad Eccentrici apogeon & perigeon supputauimus, ad proportionum scrupula accurata diligentia venati sumus. Quare in nostris cano. scr. proportionum simplicia sunt, nec in longiora & proprioa discernuntur, quæ varietas magis turbat calculum quàm promouet. Quod alij diuersitatem diametri, nos simpliciter excessum vocamus, quia cum æquationes orbis scriptæ in nostris canonib sint cõputatę ad apogeon eccentri, vbi singulę existunt omniũ minimæ: his præterea adiectæ sint suæ differentiæ, quib. perigeæ æquationes superant apogeas, manifestũ est huic ordini differentiarum æquationis vtriusq;, apogei & perigei, rectè attributam esse adpella-

adpellationem excessus. At Alphonsini, vt duplicia habent Ptolemæi imitatione minuta proportionalia, ita & duplicem diametri diuersitatem, longiorem, siue defectum, & propiorem, siue excessum, quia æquationes in ipsorum Canonibus scriptæ ad longitudinem Eccentri mediam supputatæ sunt. Verùm hanc varietatem ex motuum calculo remouendam censuit summus vir Copernicus

Initium Calculi ab 8. Sphæra.

Hactenus ergò de medijs motibus abundè dictum est, & paratus aditus ad Calculum adparentium motuum. Deinceps singuli adparentes motus ordinè explicandi erunt. Ordiemur autem ab Octaua Sphæra, tùm ob alias causas, tùm quia adparentes motus referri solent ad vera æquinoctia. Proximos enim triginta gradus æquinoctio verno attribuimus dodecatemorio *Arietis*, inde proximos 30. dodecatemorio ♉. & sic consequenter.

DE MOTIBVS ADPARENTIBVS X. PRAE-ceptum. De veræ præcessionis æquinoctij verni supputatione.

Quantum distet prima stella Asterismi Arietis ab adparente æquinoctio.

ἐπιλογισμὸς προκγίσεως τῆς ἰσημερίας.

Prudenter Copernicus omnes motus Cœlestes numerat à prima stella *Asterismi* ♈. velut à certo & fixo principio, quòd in ipsos etiam oculos incurrat, Quem vt in cæteris ferè vbiq;, ita in hac parte sequi visum est. Ideo & præcessionis æquinoctiorum æqualem motum vocat, quo fit, vt æqualibus temporibus per æqualia inuicem interualla recedant locus medij æquinoctij, & prima illa stella ♈. Verá autem præcessionem, cum per datum aliquod tempus eadem prima stella ♈. & locus adparentis æquinoctij certo interuallo inuicem distinguuntur. Quare arcus Zodiaci comprehensus inter duos circulos maximos, quorum vterq; per eiusdem Zodiaci polos describitur, sed alter horum simul per primam Arietis stellam, erit æqualis motus præcessionis, si reliquus eorum per locum medij æquinoctij: verus autem motus præcessionis, si idem reliquus per locum adparentis æquinoctij describitur. Differentia autem inter medium & apparens æquinoctium est Prosthaphæresis seu æquatio æquinoctiorum, quæ maxima scrupulorum est 71 1^{a} & secundorum 22. cum semisse vnius secundi.

Calculus ergò veræ præcessionis fit in hunc modum. Ad datum tempus collige ex canone æqualium motuum tàm æqualem præcessionis, quàm anomaliæ simplicis iuxta doctrinam octaui præcepti. Voco autem datum tempus, cuius non solùm magnitudo, sed principium simul ac finis datur. Nam motus omnes ab aliqua epocha siue certo principio deriuare oportet. Per duplicatam verò anomaliam ingressus Canonem Prosthaphæreseon æquinoctiorum excerpe eandem Prostha-

Prosthaphæresin, ac emenda eam per partem proportionalem, si opus est, vt & antè dixi, & mox exemplo monstrabo. Ita verò emendatam æquationem subtrahe si duplicata anomalia minor extiterit semicirculo, vel adde æquali motui, si maior. Sic enim conflabis veram præcessionem verni æquinoctij. Etsi autem tituli ipsi indicium faciunt additionis & subtractionis, tamen in singulis præceptis verorum motuum ea de re monebo lectorem, vt si negligentia quadam deprauentur tituli, hinc corrigi queant.

Verùm vt exemplo præceptum hoc illustretur, sit datum tempus Natalicium inclyti D V C I S Borussiæ, quod deinceps semper vtemur, nisi expressè aliud nominemus, Completi autem sunt ab initio annorum Christi anni 1489 menses 4 dies 16 horæ 10 cum scr. 56. tametsi in hoc calculo citra vllum detrimentum non horas tantùm cum scru. verùm ipsos dies etiam præterires. Aequalis ergò motus præcessionis colligitur 0. sexa. 26. part. $19\,1^a$. $23\,2^a$, $58\,3^a$, Anomaliæ verò 2. sexa. 42. par. $55\,1^a$, $5\,2^a$, $26\,3^a$, quæ duplicata fit 5. sex. 25. par. $50\,1^a$, $11\,2^a$, Iam in Canone Prosthaphæreseon 5. sexa non in capite, sed calce eius reperio. Quæro ergo 25. gr. in ascensu marginis dextri, qui gradus nunc sanè in dextra pagina se offerunt. In angulari itaq; proselide sub titulo præcessionis æquinoctiorum occurrit æquatio $40\,1^a$, $56\,2^a$, $20\,3^a$, cum differentia $1\,1^a$, $1\,2^a$, $36\,3^a$. scilicet ascendendo, cuius differentiæ titulus est S. eò quòd æquatio ipsa decrescit. Hinc pars proportionalis quærenda est. Quia enim interuallo vnius gradus decrescit æquatio vno scru. primo $1\,2^a$, $36\,3^a$, explorandum est, quantum decrescat 50. scru. primis, & 11. secundis vnius gradus. Vides hoc exemplum quadrare ad priorem casum de parte proportionali. quia lateralem ingressum fecimus, vt sola multiplicatione proferatur pars congruens, Multiplicata ergo differentia $1\,1^a$, $1\,2^a$, $36\,3^a$, per $50\,1^a$, $11\,2^a$, existunt $51\,2^a$, $31\,3^a$, $17\,4^a$, $56\,5^a$. Verùm abiectis quartis & quintis sola secunda & tertia retineantur. Pars ergo proportionalis congruens scru. $50\,1^a$, $11\,2^a$, est, $51\,2^a$, $31\,3^a$, demenda ex æquatione $40\,1^a$, $56\,2^a$, $20\,3^a$. eritq; emendata æquatio $40\,1^a$, $4\,2^a$. $49\,3^a$, adijcienda æquali motui præcessionis. Ideo vera præcessio verni æquinoctij, id est, vera distantia adparentis æquinoctij à prima stella ♈, est 26. part. $59\,1^a$, $28\,2^a$, $47\,3^a$. ad datum tempus natalicium inclyti Ducis Borussiæ.

Iam illud notiùs est, quàm vt verbis egeat, solstitia item q; æquinoctia inuicem semicirculorum interuallis distare, ab æquinoctijs verò solstitia ipsa interuallis quadrantum. Quare inuenta distantia verni æquinoctij à prima stella ♈, quantum alterum æquinoctium & duo solsticia ab eadem stella absint, quisq; suo Marte ratiocinabitur.

πρῖτῶν ἀστέρων ξωμ ἄπλανῶν.

XI. PRAECEPTVM DE VERIS LOCIS STELLARUM fixarum seu inerrantium ab adparenti æquinoctio.

Iam stellæ fixæ in qua parte cuiusq; dodecatemorij ab apparente æquinoctio versentur, facilè est pronunciare. Infra enim in Canonica expositione stellarum inerrantium loca earum secundùm longitudinem à prima stella asterismi Arietis numerauimus. Singulis igitur ipsarum numeris ciusmodi adiungito veram æquinoctij verni præcessionem, quæ iuxta præcedens præceptum ad datum quoduis tempus inuenitur. Mox enim colliges distantiam stellæ ab apparenti æquinoctio in partib: 360. circuli, quas si per triacada coagmentaueris, adparebit in quo dodecatemorio & in qua parte eius stella versetur. Vt si quæratur verus locus Basiliſci, quæ est stella in corde ♌ ab adparenti æquinoctio, nempe ad datum tempus inclyti Ducis Boruſſiæ, inuenta est vera præcessio per antecedens præceptum part. 26. 59 1ª, 29 2ª Longitudo autem eius stellæ à prima in capite ♈. est partium 115. 50. ª, quibus adiecta vera præcessio conficit partes 142. 49 1ª, 29 2ª, ferè. Distat ergo basiliscus ab adparenti æquinoctio partibus 142. 49 1ª, 29 2ª, id est, quatuor dodecatemorijs 2?. gr 49 1ª, 29 2ª, vel est in 22. gr. 49 1ª, 29 2ª, ♌. Similiter longitudo seu distantia spicæ ♍. à prima stella ♈. est partium 170 quibus addita vera præcessio ostendit distantiam eiusdem spicæ ab adparenti æquinoctio par. 196. 59 1ª, 29 2ª, id est, spica versabatur in 16. gra. 59 1ª. 29 2ª, dodecatemorij ♎ ad natalicium tempus inclyti Ducis Boruſſiæ.

Cæterùm in Canonica descriptione stellarum inerrantiun præstitimus tantùm, quantùm hoc quidem tempore potuimus. Sed cum obseruationes cuiuſq; testentur, loca earum tàm in longum quàm in latum, sæpe perperam notata esse. variantibus etiam tot exemplaribus, siue id solùm librariorum culpa acciderit, siue verò nonnulla etiam artificum negligentia, qui hactenus rari extiterunt multis seculis, vel ob eam causam, quia optimæ artes regum ac principum liberalitate non admodum fouentur, danda est nunc omnibus, qui multi in hæc studia prædarè incumbunt opera, vt stellarum loca exquisitiùs capiantur, ac emendentur errata. Mei quidem otij, in quo hactenus versatus esse videor ratio constabit ex nostris lucubrationibus, si in lucem proferantur. Deinceps verò hanc quoq; Astronomicæ doctrinæ partem pro virili adiuuare & excolere conabor. Id si à pluribus simul fiet ea, qua decet studiorum contentione, (cum vnius hominis obseruatio parum sit ad summam rei, & collatione artes omnes & constitutæ sint, & illustratæ) tum demum, Deo gubernante, fœliciter hoc opus procedet.

XII.

XII. PRAECEPTVM. QVANTO IN DATO TEMPORE dato aliquo annorum numero adparens æquinoctium recedat à prima stella Asterismi ♈.

Quære veram præcessionem verni æquinoctij tùm ad initium, tùm ac finem dati temporis per 10. præceptum. Hinc ab inuentarum præcessionum posteriore, quæ semper maior est, auffer priorem, Reliquus enim arcus ostendit vel regressum adparentis æquinoctij à prima stella ♈. vel, si mauis progressum eiusdem stellæ ab ipso vero æquinoctio per datum illud temporis interuallum. Vt ad datum tempus natalicium inclyti Ducis Borussiæ inuenta est vera præcessio par. 26. 59 1ª, 29 2ª, Si libet iam scire quantum adparens æquinoctium annis 61. plenis pòst loco moueatur, quærito similiter præcessionem veram æquinoctij exactis à Christo annis 1550. mensibus quatuor. Dies enim & horas in hoc calculo citra vllam iacturam neglexeris, vt antè dictum est. Hæc autem posterioris temporis præcessio colligitur part. 27. 36 1ª, 28 2ª, 32. á qua prior subtracta relinquit part. 0. 36 1ª, 59 2ª, 32. Annis ergo 61. plenis post natalicium tempus inclyti Ducis Borussiæ adparens æquinoctium loco motum est per scrup. 36 1ª, 59 2ª, 32. vnius partis seu gradus Eclypticæ.

XIII. PRAECEPTVM. DE CALCVLO MAXIMAE OBliquitatis Solis quouis dato tempore.

Duplicem formam tibi monstrabimus. alteram Copernici summi artificis, alteram nostram. Copernici sic habet. *Ad datum tempus colligе anomaliam simplicem æquinoctiorum seu obliquitatis ex canone motuum æqualium, ac per eam ex canone Prostha æquinoctiorum & obliquitatis Zodiaci excerpe scrupula conuenientia sub titulo scrupulorum, per quæ de 24. scrupulis primis venare partem congruentem seu proportionalem, quæ semper minimæ Solis obliquitati seu declinationi addenda est, videlicet partibus 24. 28 1ª. Est enim iuxta obseruata & Copernici hypotheses Solis obliquitas omnium maxima Part. 23. 52 1ª, minima verò par. 23. 28 1ª, vt differentia vtriusq; sit 24. scrupulorum primorum, & media inter ha extremas obliquitas par. 23. 40 1ª. Ita maximam ⊙ declinationem indagaueris iuxta Copernici formam, quam ideo primùm recitaui, quia illa scru. quibus medijs inuestigatur pars proportionalis addenda, in alijs etiam non paucis supputationibus primi mobilis gratum vsum habent, vt suo loco dicemus. Exempli gratia. *Ad nostrum tempus anomalia obliquitatis inuenta est iuxta octauum Præcep. 2. sex. 42. par. 55 1ª. 6 2ª, quibus in Canone Prostha. obliquitatis zodiaci respondent scrupula 1 1ª, 19 2ª, 41 3ª. His autem rursum de 24. scrupulis primis congruunt 31 2ª,

περὶ τῆς λοξώσεως τοῦ πελίου.

52 3[a], quæ adiuncta minimæ obliquitati constituunt eam partium 23. 28 1[a], 31 2[a], 52 3[a]. Tanta fuit màxima ☉. obliquitas eo tempore, quo inclytus Borussiæ Dux in hanc lucem æditus est. Aliud exemplum, initio annorum Domini fuit simplex illa anomalia sexag. 0. part. 6. 40 1[a], 27 2[a], per quæ dantur ex canone scrupula 59 1[a], 48 2[a] His iam de 24. scrupulis primis videlicet de differentia maximæ, & minimæ obliquitatis ☉ congruunt 23 1[a], 55 2[a], 12 3[a], quæ adiecta minimę obliquitati veram constituunt, part. 23. 51 1[a], 55 2[a], 12 3[a].

ALTERARATIO: ingredere cum anomalia Obliquitatis eundem canonem Prosthaphæreseon & sub titulo obliquitatis zodiaci excerpe æquationem addendam obliquitati Solis mediæ, dum anomalia minor est quadrante circuli, vel maior dodrante, aufferendam verò, dum maior quadrante minor tamen dodrante fuerit, vt si primum exemplum repetatur, anomalia duarum sexag. 42. part. 55 1[a]. 6 2[a], dat æquationem 11 1[a], 28 2[a], 43 3[a], aufferendam à media obliquitate part. 23. 40 1[a]. Relinquitur ergo Solis obliquitas, quæ maxima fuit illo tempore, natalicio inclyti Ducis, par. 23. 28 1[a], 32 2[a], 46 3[a]. Vides quàm propè inter se congruat vterq; calculus. vt vix paucula tertia vnius gradus intercedant.

XIIII. PRAECEPTVM. IN DATO ALIQVO TEMPORE quantum præcessio æqualis & adparens verni æquinoctij inter se distent.

Vt priùs inuenias per præcedentia, tàm æqualem quàm veram præcessionem, verni æquinoctij ad initium & finem dati temporis, auffer similia à similibus, priora à posterioribus, vt æqualem præcessionem ab æquali, veram à vera. Reliquæ differentiæ monstrant id quod quæritur, vt in eodem nostro exemplo, anno scilicet 1490. mense Maio fuit æqualis præcessio part. 26. 19 1[a], 24 2[a], vera autem part. 26. 59 1[a], 29 2[a]. Rursum annis 61. plenis post æqualis quidem præcessio part. 27. 10 1[a], 28 2[a], sed vera part. 27. 36 1[a], 28 2[a]. Differentia æqualium præcessionum est part. 0. 51 1[a], 4 2[a], verarum autem est scrupulorum 36 1[a], 59 2[a]. Ideo scrupulis 14 1[a], 5. 2[a], minor est differentia verarum præcessionum quàm æqualium in datis annis 61. merdijs Est autem & vtriusq; temporis earundem Prosthaphæreseon decrescentium differentia totidem scrupulorum, scilicet 14 1[a], 5 2[a]. Quod sagaci lectori indicasse satis est.

Nunc accedimus ad calculum motus ☉. vel φοφορίαν ἡλιακὴν, vt Græci vocant, in qua & de anni apparenti magnitudine docendus erit studiosus calculator.

XV. PRAECEPTVM. DE CALCVLO VERI siue adparentis motus Solis.

Initio

DE SOLE.
ἐπιλογισμὸς ψηφοφορίας ἡλιακῆς.

Initio vocabula, quibus vtimur in his noſtris canonibus explicare conuenit. etſi hoc alibi factum eſt copioſiùs. Motus ☉. ſimplex æqualis vocatur, qui æquabiliter pendet à prima ſtella aſteriſmi ♈. Motus verò Solis compoſitus, æqualis, qui regulariter pendet ab æquinoctio medio: vocatur enim compoſitus, quia ſimplici motui Solis tantùm addit, quanta interea æqualis eſt facta præceſſio æquinoctij. Motus deniq; anomaliæ ☉. pendet æquabiliter ab apogeo medio Hæ deſcriptiones ſemper ſint in conſpectu in annui calculo motus Solis: vnde etiam adparet duplici ratione motum Solis ad calculum vocari poſſe.

PRIOR. Ad datum tempus ex ſuperioribus ſit primùm inuenta vera præceſſio verni æquinoctij cum anomalia ſimplici æquinoctiorum: deinde ſimiliter æqualis motus ☉. ſimplex cum annua anomalia ☉. æquali Hæc quatuor, vbi in promptu fuerint, inde in canone Proſthaphæreſeon ☉. per anomaliã ſimplicem æquinoctiorũ excerpe æquationem centri ſuo loco cum ſcrupulis proportionalibus, adhibita iuſta correctione, ſi gradibus adhæſerint aliqua ſcrupula. Eſt aũt hæc centri æquatio differentia inter vtrunq; apogeon medium & verum, quæ vt ante ſemicirculum additur, ita poſt ſubtrahitur, ad efficiendam coæquatam anomaliam annuam. Seruentur autem interea ſcrupula proportionalia, At cum hac coæquata anomalia rurſum ingreſſus eundem canonem elicito Proſthaphæreſin annui orbis ſuo loco, cum ſequenti exceſſu, ac memento ſemper adhibendam eſſe correctionem, ſi anomalia præter gradus conſtet etiam ſcrupulis vnius gradus. Porro de hoc exceſſu ſumes partem proportionalem ſeu congruentem ſcrupulis proportionalibus, quæ proximè adſeruata ſunt. Hæc quidem pars congruens ſemper adijcienda eſt Proſthaphæreſi annui orbis, vt fiat Proſthaphæreſis ipſa æquata ſeu abſoluta Iam hæc ipſa quoq; ablata ex æquali motu Solis, ſi anomalia coæquata fuerit minor ſemicirculo, vel addita, ſi maior, conficit adparentem motum ☉. à prima ſtella ♈. cui motui ſi tandem adiungas veram præceſſionem æquinoctij, abiecto integro circulo ſi redundauerit, adparebit in qua parte cuius dodecatemorij Sol ab ipſo vero æquinoctio verſetur.

Exemplum. Ad datum tempus Illuſtriſſ. Ducis Boruſſiæ inuenta eſt per præcedentia æquinoctij vera præceſſio part. 26. 59 1^a, 29 2^a, Et ſimplex anomalia ſex. 2. part. 4. 55 1^a, 6 2^a Deinde motus ☉. ſimplex æqualis ſexa 0. par. 36. 54. 1^a, 29 2^a, & annua anomalia æqualis ſexag. 5. part. 25, 28 1^a, 56 2^a Iam per ſimplicem anomaliam primam ex canone Proſthaphæreſeon ☉. colligitur æquatio centri partium 2. 28 1^a, 5 2^a, addenda, & ſcrupula proportionalia, 1 1^a, 31 2^a, adſeruanda interim. Euadit ergo coæquata anomalia ſex 5. part. 27 57 1^a,

1 2^a. Quæ rursum ex canone suppeditat æquationem orbis partis 0. 57 1^a, 10 2^a, & excessum sequentem scrup. 16 1^a, 18 2^a, de quo scrupulis proportionalibus asseruatis 1 1^a, 31 2^a, congruunt scrupula 0 1^a, 25 2^a, fere adijcienda part. 0, 57 1^a, 10 2^a, vt existat emendata & absoluta æquatio orbis partis 0 57 1^a, 35 2^a, adiungenda æquali motui ☉. simplici, quia coæquata anomalia maior est semicirculo. Verus igitur locus ☉. à prima stella ♈, habet sexag. 0, part. 37, 52 1, 42 2^a, Tandem huic arcui adiecta vera præcessio partium 26. 59 1^a, 29 2^a, monstrat locum ☉. verum ab adparenti æquinoctio sexag. 1, par. 4, 51 1^a, 33 2^a, id est, Solem versari circa finem quinti gradus tertij dodecatemorij, quod Geminis adscribitur Hæc est prior ratio.

IN POSTERIORE ratione sumes primùm loco veræ præcessionis ipsam Prosthaphæresin cum ea cautione, vtrum addenda sit vel subtrahenda, cuius rei indicium facit anomalia simplex æquinoctiorum postquam fuerit duplicata, vt supra in x. præcepto traditum est. Deinde loco æqualis motus simplicis sumito æqualem Solis motum compositum. Cætera quæ de æquationibus tàm centri, quàm orbis dicta sunt. eodem modo se habent, sicut priùs. Et absoluta illa annui orbis Prosthaphæræsis si vel addatur. vel subtrahatur motui ☉. composito secundùm priùs dicta, patefaciet distantiam adparentis loci ☉ à medio æquinoctio, cui si rursum Prosthaphæresin æquinoctiorum addas vel demas, vt præcepti ratio postulat, habebis tandem verum locum ☉ ab æquinoctio apparente. Vt ad idem tempus nostrum inuenta est Prosthapheresis æquinoctiorum addenda partis 0, 40 1^a. 5 2^a. compositus autem motus ☉. 1, sexag. 3. 13, 53. per anomaliam igitur illam simplicem sexag. 2, part. 42. 55 1^a, 6 2^a, & anomaliam Solis annuam æqualem sex. 5. par. 25. scr. 28 1^a. 56 2^a, colligitur absoluta tandem Prosthapheresis orbis par- 0. 57 1^a, 35 2^a, vt prius, quę adiecta æquali motui ☉. composito, ostendit veram distantiam ☉ à medio æquinoctio sex. 1. par. 4. 11 1^a, 28 2^a. Cui rursus adiecta Prosthaphæresis æquinoctiorum part 0. 40 1^a, 5 2^a, conflat eiusdem veri loci ☉ distantiam ab adparenti æquinoctio 1, sex 4. par. 51 1^a, 33 2^a, omninò vt priùs Vides igitur quàm subtiliter vtriusq; calculi ratio inter se consentiat.

XVI. PRAECEPTVM. DE LOCO MEDII & veri apogei Solis

Locus apogei ☉,

Primùm de apogei medij loco hæc duo tenenda sunt. Alterum si subtraxeris motum anomaliæ æqualem à motu eiusdem simplici æquali, relinquetur æqualis motus seu distantia apogei medij à prima stella *Arietis*, alterum verò, si eundem anomaliæ motum deduxeris á motu ☉ composito, æqualem ab æquali, reliquus fiet motus eiusdem apogei medij à medio æquinoctio.

Quare

Quare si ad datum tempus aliquod inuentus ita fuerit motus seu distantia apogei medij á prima stella ♈. posthaphæresis centri ☉. addita vel subtracta, contrá quám calculi ratio in prioribus exigebat, monstrabit tibi locum veri apogei ab eadem prima stella, cui si rursum adiunxeris veram præcessionem verni æquinoctij, habebis locum veri apogei ab apparente æquinoctio, vt ad datum tempus natalicium inuenta sunt prius hæc. Motus æqualis ☉, simplex ○. sexagen. 36. part. 54. 1^a, 29 2^a., anomaliæ annuæ æqualis 5. sexag. 25. part. 28 1^a, 56. 2^a, Distantia ergo medij apogei ☉. á prima stella ♈. est 1. sexag. 11. par. 25 1^a, 33 2^a. Ac inuenta est in præcedenti calculo ad idem tempus Prosthaphæresis centri 2. par. 28 1^a, 5 2^a, subtrahenda in hoc negotio cum prius adiungeretur, ac propterea veri apogei locus aberit ab eadem stella 1. sexag. 8. partibus 57. 1^a, 28. 2^a, Hic tandem adiecta vera præcessio partium 26. 59. 1^a, 29. 2^a, ostendit verum apogeon ☉. abfuisse tunc ab adparenti æquinoctio 1. sexag. 35. parti. 56 1^a, 57 2^a, id est, hæsisse in fine 6. partis dodecatemorij ♋. post lineam solstitialem, quæmadmodum anno 1551, hæret in extremo partis octauę eiusdem ♋.

Sed si ad datum tempus inuenta fuerit distantia medij apogei á medio æquinoctio, inuenies primum similiter distantiam veri apogei á medio æquinoctio. Quod si Prosthapheresin equinoctiorum addendam quidem adieceris, aufferendam verò abstuleris, exibit distantia veri apogei ab adparente equinoctio. Vt ad datum nostrum tempus, motus ☉. æqualis compositus est 1.. sexag. 3. part. 13 1^a, 53 2^a, vnde ablatus motus annuæ anomaliæ prior relinquit 1. sexag. 37 partes 44 1^a, 57 2ª distantiam videlicet medij apogei ab æquinoctio medio. Hinc ablata Prosthaphæresis centri ☉. partium 2. 28 1^a, 5 2^a, reliquam facit distantiam veri apogei á medio æquinoctio 1. sex. 35. par. 16 1^a, 52 2^a, cui adiuncta Prosthaphæresis æquinoctiorum, vt est adiecticia, efficit distantiam veri apogei ab adparenti æquinoctio 1. sex. 35 part. 56 1^a 57 2^a, plané, vt prius: poteris & hac forma vti. Aequali mot. ☉. simplici adde veram præcessionem, & ab hac summa deducito anomaliam ☉ annuam coæquatam, relinquitur enim mox distantia veri apogei ab adparenti equinoctio, quemadmodum huius formæ calculum ordine subiecimus ad datum nostrum tempus.

	Sex.	Par.	′	″	
Aequalis ☉. simplex	0	36	54	29	
Adde veram præcessionem	0	26	59	29	
Summa	1	3	53	58	
Annua anomalia coæquata	5	27	57	1	aufferenda

Reliqua

Reliqua est distantia 1 35 56 57 veri apogei ab apparente æquinoctio.
Has vias nunc monstrare satis visum est.

XVII. PRAECEPTVM. DE CALCVLO ECCENtrotetis ⊙ ad datum tempus.

περὶ τῆς ἐκκεντροτητος τοῦ ἡλίου.

Exhibuimus tibi inter cæteros Canonem Eccentrotetis ⊙. in quo maxima est particularum 41700. & minima omnium 32190. quarum semidiameter Ercentrici ⊙. 1000000. vt sit differentia maximæ & minimæ Eccentrotetis earundem 9510. Ad datum ergo aliquod tempus, vt sine molestia discas, quanta sit Eccentrotes ⊙. ingredere eum Canonem cum anomalia æquinoctiorum simplici, & facta correctione, si vsus postulat, excerpes mox quæsitam ἐκκεντροτητα, vt ad natalicium tempus Illustriss. Ducis Borussiæ inuenta est anomalia simplex ac prima 2. sexag. 42. part. 55 1ª ferè, quæ sunt partes 162. 55 1ª. Vides autem partibus 162. euenire ἐκκεντροτητα particularum 32457. & inde vni gradui debentur 28. particulæ abijciendæ. Ideo partibus 162. 55 1ª, iuxta doctrinam partis proportionalis congruit iusta Eccentrotes particularum 32431. quarum semidiameter Eccentri ⊙. 1000000. Tanta scilicet fuit Eccentrotes orbis ⊙. cum Illustriss. Princeps in hanc lucem nasceretur.

Quod si scire libet, quanta fuerit Eccentrotes in partibus quarum Ptolomæi exemplo eccentri semidiameter adsumitur 60. multiplicato inuentam eccentroteta 32431. per 60. & diuide in particulas 1000000. & reliquum multiplicatum rursus per 60. similiter partire. Idq; facito, quousq; visum fuerit. Inuenies igitur eodem tempore fuisse Eccentroteta orbis ⊙. 1. par. 56 1ª, 45 2ª, quarum semidiameter Eccentri 60.

Ad eundem quoq; modum erit maxima Eccentrotes partium 2. 30 1ª, 7 2ª, & minima partis 1. 55 1ª, 53 2ª, vt sit vtriusq; differentia partis 0. 34 1ª, 14 2ª, quarum est eccentri ⊙. semidiameter 60.

XVIII. PRAECEPTVM DE MOTV ⊙ DIVRNO inquirendo ad datum diem dati anni vel à Christo, vel ab alia quacunq; Epocha.

περὶ τῆς ἡμερησίου κινήματος τοῦ ἡλίου.

Rectissima via hæc est, vt primùm inquiras motum ⊙. adparentem ad meridiem dati diei iuxta doctrinam præcepti, & inde ad meridiem vel antecedentis diei vel sequentis. Nam intra biduum vel triduum mutatio motus ⊙. sensu saltem percipi non potest. Postea aufer motum prioris diei à motu posterioris. Reliquus enim arcus est quæsitus motus ⊙. diarius. Vt sit huius anni 1551. datus dies 16. Maij, quo scire ve-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

re velim motum Solis diurnum. Inuenio igitur iuxta præceptum ad meridiem 16. Maij motum ☉. adparentem 1. sexa. 3. 57 1^a, 29 2^a, ab æquinoctio adparente. Similiter ad meridiem, sequentis diei 17. Maij motum ☉. adparentem 1. sexag. 4. part. 55 1^a, 3 2^a. Prioris ergo diei motus ablatus à motu posterioris ostendit eo tempore fuisse motum ☉. diarium 0 part. 57 1^a, 34 2^a. Ac ne quid hoc loco desideret studiosus, subiecì calculi eius præcipua membra.

Ad meridiem 16. diei. Vera præcessio æquinoctiorum 0. sexag. 56. part. 28 1^a, 4 2^a,

Anomalia simplex	2	49	19	11
Duplicata	5	38	38	2
Anoma. ☉ annua æqualis	5	23	27	27
	Sex.	par.	1	11
*Æ*quatio centri ☉.	0	1	35	51 Add.
Coæquata anomalia	5	25	1	18
Scrupula propor.		0	0	36
Æqualis motus ☉ simplex	0	35	19	2
Absoluta æquatio orbis	0	1	1	59 Add.
Verus ☉. à prima stella ♈.	0	36	21	1
Ad meridiem verò 17. diei Maij				
Anomalia coæquata	5	26	0	27
*Æ*qualis motus ☉. simp.	0	36	18	10
*A*bsoluta æquatio	0	1	0	25 Addenda
Verus motus ☉.	0	37	18	35 à prima stel. ♈.

Cætera enim non subitò variantur. vt vera præcessio, æquatio centri, & scrupula proportionum.

Alia ratio.

Dabo tibi & alium modum expeditiorem ex canone motus ☉. horarij, quem in hunc vsum præparauimus. Eum Canonem, cum anomalia ☉ annua coæquata ad datum tempus ingredere sub conuenienti Eccentrotete, vel minima, vel media, vel maxima, ita vt partem proportionalem sumas ad 10 gradus, secundùm quos saltum ibi facit eadem anomalia. Sic facilimè comparabis tibi motum ☉. diarium. Vt in proximo exemplo, quia & Eccentrotes ☉. penè minima est, & anomalia ☉. coæquata 5. sexa. 26. part. 0 1^a, 27 2^a. id est, partium 326. ferè, Ingressus Canonem cum partibus quidem 320. video motum diarium sub minima Eccentrotete scr. 57 1^a, 41 2^a, sed cum partibus 330. eundem scrupulorum 57 1^a, 31 2^a, vt interuallo 10. gradum anomaliæ decrescat motus diarius 10. secundis. Ideo ad 326. gradus anomaliæ existit motus ☉. diarius scru. 57 1^a, 35 2^a, quod cum priori consentit.

Verùm quia sæpe fit, vt eccentrotes Solis nec sit maxima, nec media,

nec minima, quomodo ex hoc canone non solùm expeditè, verùm etiam quàm scrupulosissimè veneris motum ☉. diarium, hic accipe. Per simplicem anomaliam obliquitatis colligito ex Canone Prosthaphæreseon Solis scrupula proportionum, ea inquam, per quæ ipsa orbis ☉. Prosthaphæresis omnibus numeris absoluta existit. Iuxta hæc scrupula sumito partem congruentem de differentia vtriusq; motus ☉. diarij respondentis anomaliæ ☉. coæquatę, tám in minima, quam maximâ Eccentrotete. Eam deniq; partem congruentem motui ☉. diario ad minimam Eccentroteta adde, si ad eandem motus diarius fuerit minor, vel auffer, si fuerit maior. Quod enim hoc modo existit, habebis pro motu ☉. diario satis emendato. Vt ad datum aliquod tempus esto anomalia simplex 1. sex. 57. par. vel partium 1 17. per quam habentur ex canone Prosth. solis scrupula proportionalia 18. Sit verò & annua ☉. anomalia coæquata partium 30. per quam motus ☉. diarius minimæ Eccentrotetis colligitur 57 1^a, 31 2^a, scrupulorum, maximæ verò 57 1^a, 3 2^a, scr. vt sit differentia 28 2^a, scr. quibus maior est motus diarius minimæ quàm maximæ. Iam de his 28 2^a, scru. pars congruens 18. scr. proportionalibus est 8. secundorum scrupulorum, ferè abijcienda, eò quòd in maxima Eccentrotete minor erat motus. Proinde diarius motus ☉. ad datum tempus & locum anomaliæ 57 1^a, 23 2^a, scr up.

Cæterùm hoc præceptum de motu diurno traditum transferri potest similiter ad motum tridui quatridui, vel maioris etiam spacij, quod monuisse nunc satis est. Supra enim in 14. præcepto planè similem rationem secuti sumus, & sagax lector præcepta ad speciem accommodata conuenienter seu ἀναλογικῶς discet ad genus ipsum transferre.

XIX. PRAECEPTVM. DE MOTV SOLIS HORario, data eius annua anomalia coæquata.

ὡριαῖον κίνημα τοῦ ἡλίου.

Iuxta præcedens præceptum inuenias primò motum ☉. diarium, cuius singulas partes infer in Canonem vicesimæ quartæ contiguum Canoni motus ☉. diurni. Ita enim motum horarium sine vlla molestia expeditè venaberis. Verùm hæc breuiter. vnum exemplum illustrauerit. Sit enim per antecedentia motus ☉. diarius inuentus scrupulorum 57 1^a, 35 2^a, siue ex anomalia ☉. coæquata, siue etiam alterò modo. Scire velim motum horarium. In dictum Canonem vicesimę quartæ infer primùm 57 1^a, scru. quibus respondere vides scru. 2 1^a, 22 2^a, 3 0 5, Rursùm 35 2^a, respondent scru. 1 2^a. 27 3^a, 30 4^a. Hæc iam ritè coaceruata exhibent motum horarium scr. 2 1^a. 3 2^a. 57 5^a, 8 0 9^a, vel scru. 2 1^a, 4 2^a, abiectis nimirùm tertijs & quartis.

XX. PRAECEPTVM. DE RATIONE CONDENDI CAnonem motus ☉. diarij ad quoduis datum tempus, vel ad quamlibet datam Eccentroteta.

Etsi

Etsi Canonem motus ☉. diarij accurratè supputauimus, seruientem Eccentroteti Solis tùm maximæ, tùm mediæ, tùm minimæ, tamen si quis vel ob supputationem Epheme. vel ob alias causas velit ad certi temporis ἐκκεντρότητα in promptu habere Canonem diarij motus ☉. huic viam aperiemus, vt sua industria id, quod expetit, consequatur. Vsitatum est autem in huiusmodi canonibus æqualia seruare interualla, nempe vt calculus subducatur ad gradus singulos, vel binos. vel ternos, vel quinos, vel aliter pro cuiusq; arbitrio & commoditate. Ac ne prolixitate orationis offendi queat lector æquus & studiosus, rem ipsam mox aggrediamur. Esto autem exempli gratia datus annus Domini 1013. quo anomalia æquinoctiorum simplex erat partium 113. per quam ex Canone Prosthap. ☉. colliguntur scr. proportionalia 201^{a}, 02^{a}, Vnum enim secundum in tali negocio iure negligitur. Liber iam condere huiusmodi Canonem congruentem isti seculo, ex quo Canone per coæquatam anomaliam diarius motus ☉. mox depromatur. Etsi autem in vsu Canonis necessarium est nosse locum apogei solaris, tamen interea nihil refert eum á nobis ignorarier. Tribus igitur exemplis omnem complectemur varietatem, in quorum primo sumemus, quòd Sol versetur in ipso apogeo, in altero quòd ab eodem apogeo distet partibus 45. in tertio deniq; partibus 110. Est autem motus diurnus ☉. æqualis scrupulorum 591^{a}, 82^{a}, cuius dimidium 291^{a}, 342^{a}. Quia enim inuestigamus motum ☉. diarium, quando anomalia eius coæquata vel nihil est. vel part. 45. vel partium 110. oportet nos quærere æquationem orbis absolutam ante & post hæc 3. loca scr. 291^{a}, 342^{a},

Annus Domini 1013.

3. Exemplis.

Primùm ergo de apogeo. Anomaliæ coęquatæ partium 0. 291^{a}, 342^{a}, respondet absoluta æquatio, orbis scr. 11^{a}, 12^{a}, quanta etiam respondet anomaliæ coæquatæ partium 359. 301^{a}, 262^{a}, quia ambo loca ab apogeo æquis absunt interuallis. Aequatio ergo duplicata, nempe scr. 21^{a}, 2^{a} si aufferatur ab æquali motu diario (quia in apogeo motus est tardissimus) ostendit verum diarium Sole per apogeon transeunte scrupulorum scilicet 571^{a}, 62^{a}, At in perigeo Eccentri similis æquatio tota adijcienda est ad æqualem motum, cum Sol in ea parte orbis citissimè ferri videatur Nunc de altero loco. Primùm coæquata anomalia ☉. partium 44. 301^{a}, 262^{a}, exigit æquationem orbis absolutam paritũ 1. scr. 331^{a}, 42^{a}, subtrahendam. Rursus coæquata anomalia partium 45. 291^{a}, 342^{a}, exigit orbis æquationem absolutam partis 1. 24. 1^{a}. 33 2^{a}, scr. itidem subtrahendam. Et quia hæc prsterior æquatio adhuc maior est, quám prior scrupulo 11^{a}, 29 2^{a}, ideo differentia ab æquali motu diurno subtrahenda est, verus igitur motus diarius solis transeuntis per 45. gr. ab apogeo est scru. 57. 1^{a}, 39 2^{a}. Tandem de reliquo

15

2.

3.

loco ex 3. propositis. Anomaliæ Solis coęquatæ partium quidem 107 scr. 30 1ª, 26 2, rursum congruit absoluta orbis æquatio partis 1. scr. 55 1ª, 56 2ª sed partium 110, scrupulorum 29 1ª, 34 2ª, congruit ęquatio partium 1. scr. 55 1ª, 16 2ª, differentia vtriusq; æquationis est scr. 0 1ª, 40 2ª, addenda nunc æquali motui, eò quòd posterior ęquatio tantùm à priori decreuit, cum vtraq; esset aufferenda Verus igitur motus diarius Solis per 110. gradū ab apogeo transeuntis est sct. 59 1ª. 48 2ª,

De semicirculo vtroq; ab apogeo.

Cæterùm quia loca vtriusq; semicirculi ab apogeo æqualiter remota æqualibus fruuntur Prosthaphæresibus, oportet in ijsdem quoq; locis diarios ☉. motus inter se conuenire, vt Sol per 45. & 315. partem ab apogeo in consequentia exæquat apparentes suos cursus diarios, item per 110 & 240. ab eodem apogeo Nam hæc loca in diuersis semicirculis æqualiter distant, siue ad apogeon referas eorum interualla, siue ad perigeon.

Postremò Eccentrotetis mentionem in propositione nostra fecimus ideo, quia sensibilis eius mutatio priores canones huius generis abolet, & nouos flagitat, colligitur autem per anomaliam obliquitatis Eccentrotes nostro exemplo conueniens particularum 35360. quarum semidiameter 1000000 vel partium 3,7 1ª. 18 2ª, quarum eadem semidiameter 60. quod obiter adiecimus.

XXI. PRAECEPTVM DE CALCVLO ADPARENtis magnitudinis tropici anni ad datum tempus.

περὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ τροπικοῦ φαινομένου.
Siderens annus.

Annus naturalis duplex est, fidereus & tropicus, fidereum vocamus spacium temporis, quo sol ad eandem stellam inerrantem reuertitur, quod fit diebus 365. horis 6, ac præterea scrupulis 9 1ª. 39 2ª, vnius horæ ex Thebitij & Copernici sententia, sicut alio loco copiosiùs declaratum est. Tropicus verò annus, quem Latini vertentem nominant, est spacium temporis, quo Sol emensus totam Zodaici longitudinem redit ad idem vel solsticium vel æquinoctium. Nam quia obseruationes motus ☉. factæ circa solsticia haud satis firmæ ac constantes sunt, quòd eius declinatio aliquod dierum interuallo nullam tunc oculis obijciat varietatem, posteriores artifices easdem obseruationes de tropici anni magnitudine referre ad æquinoctia maluerunt, iuxta quæ subita declinationis Solis mutatio certum etiam de hora æquinoctij indicium facit quemadmodum hæc in primis Elementis & alibi explicantur Est autem hic Tropicus annus adparens semper tùm minor anno siderio, propterea quod æqualis motus præcessionis semper excedit id quod interdum ratione anomaliæ ab eo aufferendum est, tùm etiam sui dissimilis propter quatuor causas quas primus Nicolaus Copernicus dexteritate, & solertia sua tandem deprehensas enunciauit,

Quatuor causæ inæqualitatis ann.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

uit. Hæ ſunt inæqualis præceſſio æquinoctiorum. vel ſectionum æquinoctialium· Anomalia motus Solis in Zodiaco, mutatio deniq; tùm Eccentrotetis, tùm apogei, èquibus cauſis ſola anomalia per ſe non magni momenti cognita fuit Ptolomæo. Quapropter tota poſterita's grato animo Copernici nomen celebrabit, cuius labore & ſtudio doctrina ipſa cæleſtium motuum propemodum collapſa iterum reſtituta eſt,& magna eius quoq; lux Dei beneficio accenſa inuentis & patefactis ab eo multis, quæ ad hanc vſq; ætatem vel ignota fuerant, vel obſcura. Sed redeo ad propoſitum ac breuiter nunc monſtro ſimpliciſſimam calculi formam.

Præceptum.

Ad quemcunq; diem dati anni ſubducito calculum veræ præceſſionis æquinoctij iuxta doctrinam X. Pręcepti, & ſimiliter ad eundem diem anni proximè ſequentis priorem auffer á poſteriori. vt conſtet, quantùm præceſſerit verum æquinoctium intra anni circuitum, quemadmodum in XII. Præcepto docuimus. Hanc pręceſſionem annuam partire in motum ęqualem Solis horarium, qui eſt ſcrup. 21^{a}, 27 2^{a}, 50 3^{a}, inde quæ exeunt horarum ſcrupula auffer ab æquali anno ſidereo, quem diximus eſſe dierum 365. horarum. 6. ſcrup. 9 1^{a}, 39 2ª Reliquus enim numerus oſtendet quæſitam anni tropici adparentem magnitudinem. Subijciam verò nonnulla exempla, exquibus diſſimilitudo, de qua dixi, aliquo modo conſpiciatur.

Exempla.

Primum exemplum. Ad diem natalem inclyti Ducis Boruſſiæ ſupra in X. Præcepto inuenta eſt vera præceſſio partium 26. ſcru. 59 1^{a}, 28 2^{a}, 54 3^{a}. Similiter inuenietur integro anno pòſt eodem die partium 27. ſcr. 0 1^{a}, 6 2^{a}, 9 3^{a}, vt ſit differentia vtriusq; præceſſionis ſcrupulorum 37 2^{a}, 15 3^{a}. quæ diuiſa per motum ☉ æqualem horarium ſcr. 21^{a}, 27 2^{a}, 50 3^{a}, exhibent horæ vnius ſcrupula 15 1^{a}, 7 2^{a}, ferè. Iam hæc ablata ex anno ſidereo dierum 365. horarum 6. ſcr. 9 1^{a}. 29 2^{a}, relinquunt anni Tropici adparentem magnitudinem, videlicet dierum totidem, horarum 5. ſcr. 54 1^{a}, 22 2^{a}, Tanta fuit eo tempote adparentis anni tropici magnitudo. 1.

Alterum exemplum. Ad meridiem XI. diei Martij huius anni 1551. colligitur vera præceſſio verni æquinoctij partium 27. ſcr. 36 1^{a}. 21 2^{a}, 55 3^{a}, ſimiliter ad meridiem 10. diei Martij ſequentis anni 52. eadem colligitur partium 7. ſcr. 36 1^{a}, 57 2^{a}, 31 3^{a}, vt poſterior ſuperet priorem ſcrupulis 35 1^{a}, 36 2^{a}, quæ diſtributa in motum ☉ horarium dant ſcrupula. 15 1^{a}, 7 2^{a}, vnius horæ aufferenda ab æquali anno ſidereo. Ideo cum hos canones cœleſtium motuum auſpicio Illuſtriſſimi Ducis Boruſſiæ æderemus erat adparens Tropici anni magnitudo præter dies integros horarum 5. ſcrup. 55 1^{a}, 12 2^{a}, nimirum adhuc cre- 2.

scens vt sit iam paulò maior, quàm Ptolomæi tempore, cuius calculu-
3 iam sequitur. Tertium exemplum. Ad initium anni Domini 140 col-
ligitur vera præcessio part. 6. scru. 401 ^{a}, 33 2 ^{a} 2 3 ^{a}, sed ad initium se-
quentis anni 141 par. 6. scr. 41 1 ^{a}, 11 2 ^{a}, 41 3 ^{a}, vt posterior præcessio
excedat priorem scrupulis 58 1 ^{a}, 39 2 ^{a}, vnius gradus, quæ distributa
in motum ☉ horarium æqualem præbent scrupula 5 1 ^{a}. 41 2 ^{a}, vnius
horæ abijcienda ex æquali anno sidereo. Itaq; circa eum annum Domi-
ni quo Ptolomæus & stellas fixas & anni magnitudinem accurata ob-
seruatione considerauit, fuit anni adparens magnitudo iuxta nostrum
calculum dierum 365. horarum 5. scr. 55 1 ^{a}, 58 2 ^{a}. quanta ferè hoc no-
stro tempore rursum existit. Nam quod Ptolomæus anni magnitudi-
nem paulò maiorem sua ætate tradidit, & quidem arbitratus est, semper
manere eandem sine vlla mutatione, videlicet, præter dies integros &
horas scrupulorum 55 1 ^{a}, 1 2 2 ^{a}, vt in 300 annis totus dies intercidat,
id suam excusationem habet. de qua ab alijs eruditè scriptum est, & nos
Annus Tropicus medius. alibi differemus, Deo iuuante. Cæterùm tropicus annus æqualis, qui
refertur ad medium æquinoctium præter dies integros est iuxta obser-
uationes, & Copernici Hypotheses horarum 5, scr. 49 1 ^{a}, 16 2 ^{a}, horæ
vnius, quemadmodum &, Alphonsini ferè tradiderunt, quorum æqua-
lis motus ☉ diarius vix in quartis scrupulis distat ab eo, quem Co-
pernicus vocat compositum. Adieci autem infra canones anni tùm
siderei, tùm Tropici æqualis duplici forma, in quorum prioti sexa-
genariam rationem secuti sumus, in posteriori autem solos excessus
indicauimus, penes quos anni vel siderei, vel Tropici æquales quot-
cunq; maiores sunt totidem annis Aegyptijs, quorum Canonum ali-
quem vsum paulò pòst monstrabo. Postremò cum hic calculus circa
minima versetur, consultum est æquales motus præcessionis & ano-
maliæ simplicis colligere, vel iuxta Copernici viam, vel Alphonsinam,
eò quòd canon vulgaris formæ tertia scrupula graduum non suppedi-
tat, vnde vnius aut alterius secundi scrupuli facilè potest accidere.

XXII. PRAECEPTVM, QVA RATIONE CALCVLI exploretur dies & hora apparentis vel æquinoctij vel solstitij.

ἐκβολὴ ἰσημ. μεσημβρίας. Non dubium est solem conficere vernum æquinoctium cum tanto
interuallo adhuc præcedit primam Stellam ♈, quantum interiectum est
inter ipsam vernam sectionem vtriusq; circulorum Aequinoctialis atq;
obliqui, & eandem stellam: vt hoc anno 51. vera præcessio est par. 27.
36 1 ^{a}, 22 2 ^{a}, ferè circa diem æquinoctij, nempe vndecimum Martij.
Constat igitur verum æquinoctium confici, dum Sol antecedit ad-
huc primam stellam ♈. totidem partibus & scrupulis, solstitium verò
æstiuum, dum Sol recessit in consequentia ab eadem stella non toto qua-
drante

drante circuli, sed minus partibus 27-scr. 36 1ª, 22 2ª, similiter autumnale æquinoctium, quum recessit ab eadem non prorsus toto semicirculo, sed dempus inde partib. rursus totidem, atq; scrupulis, solstitium deniq; hibernum. seu brumam, cum digressus est iam Sol non integro dodrante circuli, sed cui desint similiter totidem partes & scrupula. Tantum de locis æquinoctiorum & solstitiorum in Zodiaco, suprá in fine X. Præcepti breuiter monuimus. Quomodo autem calculo exploretur dies & hora æquinoctij, vel solstitij, etsi ad Ephemeridum tractationem seu doctrinã magis hoc pertinet, tamen non grauabor eius rei exemplum hoc loco subiungere. Primùm autem dies æquinoctio aut solstitio proposito proximus singulis ætatibus ferè communi quadam vulgi obseruatioue notus est. Vt dies proximus verno æquinoctio hodie est 11. Martiij, autumnali 13. Septembris, solstitio æstiuo duodecimus Iunij, brumali deniq; solstitio dies item duodecimus Decembris, sed ad alia quæcunq; tempora non præsentia sed præterita aut futura, nisi vel ex historijs, vel aliunde notus sit huiusmodi proximus dies, explorari poterit experimento calculi motus ☉. ad certum diem, quia Sol singulis diebus singulos ferè gradus peragrat. Ad meridiem talis proximi diei subducito calculum veri morus ☉. iuxta doctrinam XV. Præcepti, vnde constabit, quantum absit ab illo vel æquinoctio vel solstitio retrò aut pòst. Hinc iuxta XVIII. Præceptum exquire motum ☉. diurnum adparentem eius loci, per eumq; diuide illam distantiam ☉. multiplicatam prius in 24 horas. Sic enim colliges diem & horam æquinoctij. Sed veniò ad exemplum, quod plura etiam monebit attentum lectorem. Hoc igitur anno ad Meridiem XI. diei Martij fuit locus ☉. adparens sub meridiano Regijmontis Prussiæ in 29. parte, 42 1ª, 11 2ª, scr. dodecatemorij X. Nondum igitur transijt Sol locum æquinoctij, sed ab eo adhuc abest scrupulis 17 1ª, 49 2ª, vnius gradus. Et motus diurnus reperitur scrupulorum 59 1ª, 24 2ª, Multiplicata igitur scru. 17 1ª, 49 2ª per 24. horas gignunt 77. 30. quæ diuisa per scrupula 59 1ª, 24 2ª, dant horas 7. scru. 12. ferè. Æquinoctium igitur fit 7. horis scru, 12. pòst meridiem 11. diei Martij. Quòd si Sol superasset locum æquinoctij scrupulis 17 1ª, 49 2ª, momentum etiam illius æquinoctij antecessisset meridiem 11. diei horis 7. scrupulis 12. Idem fit & in cæteris quatuor cardinibus temporum. Verùm satis est verborum de hoc præcepto.

XXIII. PRAECEPTVM IN DATO ANNORVM numero, quando Sol ad datum ab adparenti æquinoctio punctum Zodiaci reuertatur.

ἐναλλαγαὶ ἐνιαυσίαι.

Hoc Præceptum pertinet ad θεωρίαν γενεθλιαλογικὴν, quia docet de tempore conuersionis, seu vt vulgò vocant, reuolutionis annuę vel nati alicuius, vel alterius cuiuscunq; rei. Tunc n. annua cõuersio certi alicuius initij

De conuersionibus annuis

initij fieri intelligitur, cum Sol penitùs eodem interuallo abeſt ab adparente æquinoctio, id eſt cùm ad eundem locum eiuſdem dodecatemorij reuerſus eſt, quem tempore dati illius initij occupauerat. Etſi autem in Ephemeridibus noſtris trademus planè facilem & vulgarem rationem inueniendi huiusmodi tempora annuarum conuerſionum, tamen vt tùm fontes eius rationis, tùm vſus noſtrorum canonum ea quoq; in parte conſpiciatur, duos modos nunc ſubiungemus, quorum prior planiſſimus eſt, & mediocriter etiam doctis in mentem venit, quoties de hac conuerſionum doctrina cogitant. Eſt autem eiuſmodi. Ad principium illius rei ſit vel datus, vel abs te inuentus verus locus ☉. ab adparenti æquinoctio. Poſtea conſimili modo, quo in præcedenti præcepto de hora æquinoctij & ſolſtitij vſi ſumus, inueſtiges, quando Sol ad eundem locum reuertatur. Hoc enim erit tempus annuæ conuerſionis. Verùm vt res fiat planior, ſubijcio exemplum inclyti Ducis Boruſſiæ, ad cuius nataliciam horam inuentus eſt verus motus ☉. ab adparenti æqninoctio in ſcrupulo 51 1ª, 33 2ª, quinti gtad. II. vel tertij dodecatemorij. Velim nunc ſcire, quo die, & quo momento horæ Sol ad eundem locum Geminorum redeat plenis iam vel confectis annis 61. quod incidit in annum hunc 1551. Cùm autem in hoc annorum numero nec æquinoctia, nec ſolſticia, nec aliæ dodecatemoriorum partes multùm anticipent ſeu præcurrant ſuos primos dies, conſentaneum eſt annuam ☉. conuerſionem fieri eodem propemodum die 17 Maij, quo ante annos 61. natus eſt Dux Illuſtiſ. Quare iuxta doctrinam XV. Præcepti exploro locum ☉. ac inuenio eundem meridiano tempore 17. diei Maij in Horizonte Regiomontano confeciſſe ab adparenti æquinoctio partes 64. ſcr. 55 1ª, 3 2ª, id eſt, ſupergreſſum iam eſſe locum natalicium ſcrupulis 3 1ª, 30 2ª, Vnde manifeſtum eſt, quòd eo die Maij huius anni 1551. tempus annuæ conuerſionis paululum antecedat horam meridianam. Eſt autem motus diurnus ☉. adparens in hoc loco Zodiaci natalicio ſcru. 57 1ª, 33 2ª ferè. & horarius ſcrupulorum 2 1ª, 23 2ª, 53 3ª, in quem horarium diſtributa ſcrupula 3 1ª, 30 2ª, differentiæ oſtendunt horam 1. ſcr. 27 1ª, 30 2ª ferè. Quare hoc anno 1551, fit annua natalicij temporis conuerſio ante meridiem XVII. diei Maij hora vna integra, ac ſcr. præterea 27 1ª, 30 2ª, id eſt, poſt horam decimam antemeridianam ſcrupulis 32 1ª, 30 2ª ferè. Hæc eſt prima ac velut regia via nota omnibus mediocriter eruditis, in qua nihil perplexi eſt, nihil obſcuri, & ad quam ceu Lydium lapidem cæteri modi omnes examinari poſsint.

Duò modi ſeu formæ. Prior.

Poſterior.

ALTER modus initiò videtur obſcuriorem calculi rationem, magisq; intricatam adferre ſed mediocriter ad eum adſue factis, & amantibus huius doctrinæ fontes multò erit gratior, non ſolùm quia aliquid

quid compendij habet, verùm quia omnes quatuor cauſæ, quæ anni magnitudinem variant, admodum perſpicuè hic comparent. Præcepti partes ordinè recenſeo. Primùm ad horam nataliciam habeas inuentam veram æquinoctij præceſſionem, ſimiliter & abſolutam προσαφαίρεσιν orbis per eius coæquatam anomaliam. Similiter ad illum diem, quo futura eſt annua conuerſio, habeas eadem duo in promptu præceſsionem dico, æquinoctij veram, & Proſthaphæreſin orbis abſolutam. Priorem præceſsionem auffer à poſteriori, & hanc differentiam præceſſionum interea adſerua. Similiter Proſthaphæreſin orbis ☉. alteram ſubtrahe ab altera. Hæc differentia aliàs addenda eſt, aliàs auferenda differentiæ præceſſionum, addenda quidem quando poſterior æquatio orbis vel adijcienda creſcit vel ſubtrahenda decreſcit, auferenda verò, quando eadem poſterior æquatio orbis vel adijcienda decreſcit, vel ſubtrahenda creſcit. Quod iam hoc pacto de vtraq; differentia vel colligitur, vel relinquitur, diſtributum in motum ☉. horarium æqualem ſcrupulorum 2 1ª, 27 2ª, 50 3ª, (quem antea quoq; in calculo magnitudinis anni vſurpauimus) oſtendit horas & earum ſcrupula, quibus conuerſio annua antecedit totidem annos ſidereos. Videtamen, vt biſexti rationem in hoc negotio cautè obſeruues. Repetatur prius exemplum. Ad natalicium tempus inclyti Ducis vera præceſſio eſt partium 26. ſcru. 59 1ª, 28 2ª, 47 3ª, & Proſthaphæreſis orbis ☉. abſoluta part. 0. ſcru. 57 1ª, 55 2ª, addenda. Similiter annis 61. póſt, ad meridiem eiuſdem diei 17. Maij vera præceſſio eſt part. 27. ſcr 36 1ª, 28 2ª, 26 3ª, & Proſthaphæreſis orbis abſoluta part 1. ſcru. 0 1ª, 30 2ª, addenda rurſus. Differentia igitur præceſſionum eſt ſcru. 36 1ª, 59 2ª, 39 3ª, ſed Proſthaphæreſeon differentia eſt ſcr. 2 1ª, 55 2ª, quæ addenda eſt differentiæ præceſſionum ideo, quia addenda Proſthaphæreſis orbis poſterior maior eſt priori. Summa igitur vtriuſq; differentiæ eſt ſcrupulorum 3 59 1ª. 54 2ª, 39 3ª, quæ diuiſa in motum ☉. æqualem horarium ſcr. 2 1ª, 27 2ª, 50 3a oſtendit horas 16. ſcr 11 1ª, 51 2ª, ferè. quibus annua conuerſio antecedit 61. annos ſidereos. Ex Canone autem noſtro vulgari anni ſiderei æqualis ſuperant 61. anni ſiderei totidem Aegyptios diebus 15. horis 15. ſcr. 48 1ª, 39 2ª, Suntq; ab anno 1400. vſq; ad annũ hunc currentem 1551. per ſe interca.ati dies illi 15. quod ſic etiam deprehendes, ſi vtrumq; numerum annorum per 4. diuidas. Quotus enim numerus poſterior ſuperat priorem 15. vnitatibus. Quare reliquæ 15. horæ ſcr. 48 1ª, 39 2ª, additæ horis. 10, ſcr. 56. vt à media nocte præcedente decimum ſeptimum diem Maij numeratis conficiunt horas 26. ſcr. 44 1ª, 39 2ª, ita vt 61. annus ſidereus à natalicio momento ſit plenus vel exactus horis duab. ſcr. 44 1ª, 39 2ª,

post mediam noctem, quæ diem 17. Maij sequitur. At annua conuersio antecedit annos sidereos 6 1. vt dictum est. horis 16. scr. 11 1ª, 51 2ª, Ablatis igitur horis 16, scr. 11 1ª, 51 2ª, ab horis 26. scr. 44 1ª, 39 2ª, adparet annuam conuersionem fieri horis 10. scru. 32 1ª, 47 2ª ferè, post medium noctis, quæ decimum septimum diem Romana consuetudine auspicatur. Vides igitur, quàm propè inter se vtraq; ratio consentiat. Et hactenus quidem dictum sit de ☽. ac quæ ab eius motu pendent. Nunc Lunam aggredimur, & inde cæteros planetas.

XXIIII. PRAECEPTVM DE CALCVLO VERI motus ☽ siue à medio loco ☉. siue à prima stella ♈. siue ab adparenti æquinoctio, quodcunq; tempus datum fuerit.

Ad datum tempus initio hæc inuenienda sunt. Primùm vera præcessio æquinoctiorum per 10. præceptum. Deinde æquales motus, Solis quidem simplex, Lunæ verò longitudinis à ☉. & anomaliæ motus per 8. Præceptum. Inde per duplicem ☽ longitudinem à Sole venaberis Prosthaphæresin secundi Epicycli. vnà cum scrupulis adiacentibus proportionalibus, quæ interea adseruentur. Est autem hæc Prosthaphæresis adiungenda anomaliæ Luuari antequam duplex longitudo á Sole compleuerit semicirculum. sed post semicirculum aufferenda, vt anomalia Lunaris coæquata existat. Iam per hanc coæquatam anomaliam excerpe iustam Prosthaphæ. primi Epicycli cum sequenti excessu, de quo iuxta scrupula proportionalia priùs adseruata collige partem congruentem, quæ semper æquationi primi Epicycli adiecta reddit eam absolutam. Hæc autem æquali motui longitudinis ☽. aufferenda est, antequam anomalia coæquata expleuerit semicirculum, postea verò adiungenda, vt vera Lunæ longitudo à ☉. ad datum tempus numeris cognoscatur.

De emendatione, si gradibus adhæserint scrupula.

Cæterùm hoc perpetuò meminisse voluimus studiosum lectorem quoties in vsu alicuius Canonis Prosthaphær. ipsis sexagenis & gradibus adhæserint scrupula, ipsas æquationes in angulari profelide occurrentes non omninò iustas esse. sed priùs corrigendas, ita vt penes scrupula proportionalia priùs venemur partem congruentem ex adiacente differentia addendam vel subtrahendam, prout æquationes eædem vel crescunt vel decrescunt. Id tamersi in ☉. dictum est, tamen

Qualis debeat esse lector Astrophilus.

lectori hoc loco in memoriam redigere denuò visum est, ne porrò eadem cantilena cum fastidio nobis repetenda sit. Omninò enim eos, qui Astronomicum calculum fœliciter subducturi sunt, mediocri ingenij dexteritate præditos esse conuenit. quia in tanta rerum & varietate & tenuitate multa relinquenda sunt iudicio & cogitationi studiosi lectoris, quando alicuius præcepti summa recitatur.

Postremò

Postremò si verę longitudini ☽ à medio loco ☉, adiceris motum ☉. simplicem, cognosces veram ☽ distantiam à prima stella ♈, cui rursum addita vera præcessio æquinoctij, ostendit verum locum ☽ ab æquinoctio adparente. Exemplum natalicij temporis inclyti Ducis Borussię: vera pręcessio æquinoctij supra inuenta est part. 26. scru. 59 1ª, 29 2ª, Motus simplex æqualis ☉ est o. sex. 36. part. 54 1ª. 29 2ª, scr. Longitudinis verò ☽ æqualis 5. sexag. 36. part. 55 1ª, 49 2ª, scrup. & anomaliæ eiusdem 5. sex. 52 part. 39 1ª, 11 2ª, scr. Duplex ergo longitudo ☽ sex. 5. partium 13. scr. 51 1ª, 38 2ª, (abiecto nimirùm integro circulo) suppeditat ex Canone Prosthaph. ☽ æquationem secundi epicycli partium 10 scru. 21 1ª, 19 2ª, subtrahendam ab anomalia, vt fiat coæquata scilicet 5. sexagenarum 42 part. 17 1ª, 52 2ª, scr. simul etiam exhibet scrupula proportionalia 11 1ª, 8 2ª, interim adseruanda. Iam per coæquatam anomaliam colligo æquationem primi epicycli addendam partis 1. scru. 23 1ª, 10 2ª, cum sequenti excessu scr. 40 1ª. 31 2ª, de quo excessu scr, 11 1ª, 8 2ª, competunt scrupula 7 1ª. 31 2ª, quæ adiecta parti vni scr. 23 1ª, 10 2ª, absoluunt ęquationem primi epicycli partis 1. scr. 30 1ª, 41 2ª. Hæc tandem adiecta æquali motui longitudinis ostendit Lunam verè abesse à medio loco ☉ sex. 5, partibus 38. scr. 26 1ª. 30 2ª Distat autem medius locus ☉. à prima stella ♈. partibus 36. scr. 54 1ª, 29 2ª. Nam hic est æqualis motus eius simplex Si ergo hæ partes 36. scr 54 1ª, 29 2ª. adiungantur sexagenis 5. par. 38. scr, 26 1ª, 30 2ª, apparet vera distantia à ☽ prima stella ♈. partium 15. scr. 20 1ª, 59 2ª, Huic rursum si adieceris veram præcessionem æquinoctij par. 26. scr. 59 1ª, 29 2ª, emergit vera distantia ☽ ab adparenti æquinoctio partium 42. scr. 20 1ª, 28 2ª.

XXV. PRAECEPTVM DE CORRECTIONE MOtus ☽. cum ratio motus eius subducta est ad tempus aliquod adparens prius in æqualitatem non commutatum.

Correctio motus ☽ ob inæqualitatem dierum naturalium.

Quando ratio motuum subducta est ad datum tempus adparens. quòd non priùs commutatum est in æqualitatem, necesse est aliquam adhibere correctionem ob inæqualitatem dierum naturalium, quemadmodum copiosè supra in primo præcepto explicatum est. Ea igitur correctio fiet in hunc modum. vt sanè hic repetamus. quæ supra in fine illius primi præcepti tradita sunt, secundùm doctrinam eius præcepti inuenias æquationem dierum naturalium, vel iuxta primum modum vniuersalem, vel secundùm particularem, ac vide quantus ei æqualis ☽ motus competat, vel quod compendiosum & satis commodum est, pro binis scrupulis horæ accipito singula scrupula gradus, quæ aufferes á vero motu ☽ iam inuento, si æquatio dierum fuerit auferenda,

alioquin ea scrupula ei adiunges. Ita enim comparabis verum motum ☽ congruentem dato tempori apparenti.

EXEMPLVM. Proximè inuentus est verus locus ☽ à medio loco ☉. sexag. 5. part. 38. scr. 26 1^a, 30 2^a ad datum tempus natalicium inclyti Ducis non priùs commutatum in æqualitatem. Ad eum verò diem natalicium supra in primo præcepto iuxta primum modum inuenta est dierum naturalium æquatio scrupulorum 8 1^a, 51 2^a, vnius horæ quibus respondent scr. 4 1^a, 26 2^a. vnius partis motus ☽. At quia æquatio ipsa erat aufferenda, ideo & hic motus scrupulorum 4 1^a, 26 2^a, ablatus á sexagenis 5. partibus 38. scr. 26 1^a; 30 2^a, ostendit verum locum ☽. à medio ☉. congruentem rectissimè dato tempori, scilicet, sexagenarum 5. part. 38 scr. 22 1^a, 4 2^a.

Cæterùm supra dictum est de vtroq; Canone particulari æquationis dierum naturalium, quòd videlicet vtiliter seruiant circiter annos 100. vt ab anno Domini 1530. vsq; ad annum 1640. ferè. Item quod Canon ex Regiomontani doctrina & recentiorum imitatione compositus vsurpet peculiares æqualium motuum Epochas, iuxta quas sanè ad datum tempus natalicium verus ☽ motus á medio loco ☉. foret remotior scrupulis 4 1^a, 26 2ª ferè, quemadmodum etiam hîc Canon æquationis tanto plus ex ipso vero motu ☽ demere iubet, vt relinquatur motus aptè congruens tempori dato adparenti, id quod cuiq; pro sua diligentia & industria porrò excutiendum, ac examinandum relinquimus.

XXVI. PRAECEPTVM. AD DATVM TEMPVS

quantum vel à prima stella ♈. vel ab adparenti æquinoctio distet in consequentia, tùm Boreus limes latitudinis ☽. tùm nodus Lunam euehens in Aquilonem.

περὶ τοῦ Βορείου πέρατος. *Limes Boreus.*

Initiò vocabula explicanda sunt. Moueri in consequentia, est moueri secundùm ordinem duodecatemoriorum, vel signorum Zodiaci. In præcedentia autem contra seriem signorum vel retrò. Nodi Lunæ sunt duæ communes sectiones vtriusq; plani solaris & lunaris. Sicut enim planum Zodiaci inclinatum est ad planum Aequinoctialis circuli, ita viciſſim planum in quo Luna perpetuò uersatur, inclinatum est ad planum Solare, quod vulgò planum vocant Eclipticæ. Sunt autem hæ sectiones ex diametro circuli sibi inuicem oppositæ terra interdente media, perinde vt puncta inter se vel æquinoctialia, vel solstitialia. Nodus euehens Græcis ὁ ἀναβιβάζων est illa sectio, ex qua Luna discedens attollitur in aquilonem, cuius hic vsitatus character est ☊. Arabes vocant Genzahar, id est, caput Draconis. Nodus deuehens seu deprimens, Græcis καταβιβάζων est altera opposita sectio, ex qua

ἀναβιβάζων ☊ *Euehens*

καταβιβάζων

ex qua Luna discedens procumbit in Austrum, nota eius ☊ vulgo cauda Draconis dicitur. Boreus limes est medium punctum semicirculi ☽. Borealis. Australis limes è regione oppositus medium est similiter punctum semicirculi ☽. Australis. Itaq; inter vtrumq; limitem & ipsos nodos quadrantes circuli comprehenduntur. Nunc præceptum recito. Ad datum tempus inuenias hos æquales motus simplicem ☉. longitudinis ☽. à ☉. & latitudinis ☽. Deinde & veram præcessionem verni æquinoctij. Conijce in vnam summam æquales motus, simplicem ☉. & longitudinis ☽ à ☉. vt existat æqualis longitudo ☽. à prima stella ♈. Hinc abiectus æqualis motus latitudinis relinquit distantiam Borei limitis à prima stella ♈. Vnde rursum abiectus quadrans circuli relinquit distantiam nodi euehentis Lunam ab eadem prima stella. Quod si vtriq; harum distantiarum adiunxeris veram præcessionem habebis distantiam ab adparenti æquinoctio, hinc nodi euehentis Lunam, illinc Borei limitis. ☊ Deuehens

Exemplum. Ad datum tempus nostrum æqualis ☉. simplex est sex ☌. part. 36 scr. 54 1^a. 29 2^a, Aequalis longitudo ☽ á ☉. sex. 5. part. 36. scr. 55 1^a, 49 2^a, Iaditurdinis deniq; part. 49. scr. 17 1^a, 59 2^a, Vera autem præcessio part. 26. scr. 59 1^a, 29 2^a, Iam simplex motus ☉. & longitudinis ☽. simul faciunt sexagenas 6. partes 13. scr 50 1^a, 18 2^a, quæ est distantia medij loci ☽ á prima stella ♈, sed si ex hac distantia reijciatur motus latitudinis ☽ partium 49. scr, 17 1^a, 59 2^a, relinquitur distantia Borei limitis ab eadem stella sexa. 5. part. 24. scr. 32 1^a, 19 2^a, & abiecto rursum quadrante circuli, vel 90. partib. reliqua fit distantia nodi euehentis Lunam ab eadem stella sex. 3. partib. 54. scr. 32 1^a, 19 2^a. Iam vtrobiq; adiecta vera præcessio ostendit longitudinem ab adparenti æquinoctio, nodi quidem euehentis sexag. 4, part. 21. scru. 31 1^a, 48 2^a, Borei autem limitis sex. 5. part. 51. scr. 31 1^a, 48 2^a.

Aliud exemplum. Ad initium annorum Christi est æqualis motus ☉, simplex sexag. 4. part. 32. scr. 29 1^a, 52 2^a, longitudinis ☽ à ☉. sexag. 7. part. 29 scrup, 58 1^a, 23 2^a, latitudinis ☽ sexag. 2. part. 9. scru. 41 1^a, 51 2^a. Vera præcessio partium 5. scr. 15 1^a, 55 2^a, Distantia ergo medij loci ☽ à prima stella ♈. est sexag. 2. part 2. scr. 28 1^a, 15 2^a. Vnde abiectus latitudinis ☽. motus relinquit distantiam Borei limitis ab eadem stella sexag. 5 par. 52. scr. 46 1^a, 24 2^a. Hinc rursum quadrans circuli remotus relinquit distantiam nodi euehentis ab eadem stella sexag. 4. part 22. scr 46 1^a, 24 2^a. Quod si vera præcessio vtrinque adiungatur, existet longitudo ab adparenti æquinoctio nodi quidem euehentis sex. 4. part 28. scr. 2 1^a, 19 2^a, limites autem Borei sex. 0. part. 15. scru. 2 1^a, 19 2^a.

tempore Boreus limes, aut nodus euehens Lunam moueatur in præcedentia, vel à medio loco ☉ vel à prima stella ♈. vel à medio æquinoctio vel etiam ab adparenti æquinoctio.

Ad datum tempus ex Canonibus æqualium motuum habeas tùm simplicem ☉, tùm compositum, item longitudinis ☽ à ☉, & latitudinis eiusdem. Si abstuleris iam motum longitudinis ☽ à motu latitudinis, reliquus fiet motus Borei limitis à medio loco ☉. Si ex hoc rursum abieceris æqualem quidem simplicem ☉. habebis reliquum motum eiusdem limitis á prima stella ♈, sed motum compositum si remoueris inde, erit reliquus motus à medio æquinoctio. Quod verò de motu Borei limitis dixi, accipiendum similiter est tùm de altero Austrino limite, túm verò de vtroq; nodo Lunæ tàm euehente, quàm deuehente, eò quòd hæc puncta semper inter se distant quadrantibus circulorum, & diametri ductæ secent se πρὸς ὀρθὰς, ac Boreum quidem limitem antecedit in præcedentia nodus euehens gradibus 90. sicut hæc traduntur vberiùs in Elementis. Exemplum subiungo. Volo scire motum diurnum Borei limitis. Diurnus igitur æqualis, solis quidem simplex est part.0 scr. 59 1^a, 8 2^a, 11 3^a, 22 4^a. Vt reliqua sanè nunc omittantur, compositus verò par.0. scr. 59 1^a, 8 2^a, 19 3^a, 37 4^a, longitudinis ☽ à ☉ Partium 12. scr. 11 1^a, 26 2^a, 41 3^a, 04 4^a, & latitudinis partium 13. scr, 13 1^a, 45 2^a, 39 3^a, 31 4^a,. Iam si diurnus longitudinis ☽ aufferatur à diurno latitudinis, reliquus fit diurnus Borei limitis à medio loco ☉ part. 1. scr. 2 1^a, 18 2^a, 58 3^a, 14 4^a. Hinc si primùm abieceris diurnum ☉ simplicem, reliquum facies motum Borei limitis diurnum á prima stella ♈, par.0 scr. 3 1^a, 10 2^a, 46 3^a, 39 4^a, At si abieceris illinc motum ☉ compositum, reliquus erit motus limitis à medio æquinoctio par.0. scr. 3 1^a, 10 2^a, 58 3^a, 24 4^a, Atq; hæc, vt dixi, similiter accipienda sunt & de Austrino limite, & de vtroq; nodo ☊, eo quod hæc 4. puncta ijsdem semper ac quidem æqualibus interuallis disiuncta circumferuntur. Ad eundem modum ratiocinaberis motum 30. dierum. vel anni, vnius aut plurium.

Borei limitis integra periodus in præcedentia.

Ac vt obiter hoc quoq; adijciam, motus Borei limitis in præcedentia absoluit integrum circuitum, ad stellas quidem fixas diebus 6793. horis, ferè 6. sed ad medium æquinoctium diebus 6798. horis ferè 4. nimirùm aliquanto tardiùs, propterea quod & medium æquinoctium à prima ♈, stella in præcedentia remouetur Cæterùm si integrum circulum vel 6. sexagenas partium distribueris in motum diurnum æqualem quemcunq;, venaberis tempus periodicũ seu ἀποκαταστατικὸν

eiusdem

eiusdem motus constans ex diebus. & eorum tùm scrupulis, tùm fortasse etiam sexagenis, cuius rei nonnulla exempla exhibuimus tibi in logistice nostra scrupulorum Astronomicorum.

Quod si scire voles quantum in dato tempore Boreus limes moueatur ab adparente æquinoctio in præcedentia, primùm quærito ad initium illius temporis distantiam Borei limitis ab eodem æquinoctio in consequentia iuxta antecedens præceptum, deinde similiter ad finem eiusdem temporis Hac posteriori distantia ablata à priori, relinquetur regressus Borei limitis ab adparenti æquinoctio velut in præcedentia. Exempli gratia, libeat scire quantum ab initio annorum Christi Boreus limes circuli Lunaris regressus sit ab adparenti æquinoctio vsq; ad datum tempus natalicium. Per præcedens igitur præceptum ad initium annorum Christi inuenta est distantia Borei limitis ab adparenti æquinoctio in consequentia sex o, part. 15. scr. 21^{a}, 192^{a}, Sed ad natalicium tempus inclyti Ducis sex. 5. part. 51. scr. 311^{a}, 482^{a}. Hac posteriori distantia ablata á priori reliquus fit motus Borei limitis ab adparenti æquinoctio in præcedentia sex. o. part. 23. scr. 301^{a}, 312^{a}. Videlicet præter integros circulos, si quidem intra annos nouenos denos circuitum vnum absoluit.

XXVIII. PRAECEPTVM. DE CALCVLO VERI motus latitudinis ☽ à Boreo limite.

Ad datum tempus inuenias æqualem motum latitudinis ☽, quem Copernicus Ptolomei imitatione non à nodo euehente, vt fit in Alphonsino abaco, sed á Boreo limite deducit. Deinde habeas & absolutam primi epicycli ☽ Prosthaphæresin, quam vt in 24. præcepto factum est, aufferes à motu latitudinis, si coæquata anomalia minor fuerit semicirculo, vel adiunge eidem, si maior. Ita enim conficies verum motum latitudinis ☽, vt á Boreo limite in consequentia. Huic verò motui adiectus quadrans circuli, eum arcum quem in Alphonsino calculo nominant argumentum latitudinis, vt à nodo euehente, vel capite Draconis, vt vocant deductum, quod obiter monendum censui. Exemplũ ad datum tempus natalicium medius latitudinis ☽ motus inuentus est sex. o. part 49. scr. 171^{a}, 592^{a}, & Prosthaphær. primi Epicycli absoluta per 24. præceptum part 1. scru. 361^{a}, 412^{a}. addenda, eò quòd coæquata anomalia ☽ maior est semicirculo. Verus igitur motus latitudinis, est sex. o. par. 50 scr. 48 ^{a}, 40 2^{a}. Per hunc arcum veri motus latitudinis à Boreo limite raciocinamur veram Lunæ latitudinem ab Ecliptica vel, vt Ptolomæus loquitur, à circulo, qui per medium Zodiacum describitur.

XXIX.

XXIX. PRAECEPTVM. DE CALCVLO VERAE laditudinis ☽.

Quando verus motus laditudinis ☽ vel nihil est, vel integer semicirculus, latidudo ☽. maxima existit, nempe. 5. graduum, borealis quidem quando nihil est motus ille latitudinis, australis verò. quando semicirculus, sed vbi dodranti exæquatur, Luna omninò expers est latitudinis tenetq; nodum euehentem, vnde paulatim adsurgit in *Aquilonem*, vbi verò quadranti exæquatur, Luna similiter caret latitudine tenetq; nodum deuehentem. Vnde à plano Solari sensim declinat in austrum, quemadmodum etiam ex Canone latitudinis ☽. hęc comparent Scandit itaq; Luna latitudinem ab Austrino limite in Boreum & ab hoc rursum descendit in Austrum.

Duo Canones latitudinis ☽.

Habes autem duos Canones latitudinis ☽ alterum totalem, qui procedit per singulos gradus totiús circuli, & vniuersaliter seruit inuentioni latitudinis ipsius. Alterum verò partialem, qui proprié aptatus est Ecclipticis duorum luminum syzygijs & per dena scrupula paucarum tantùm partium circuli Lunaris circa nodos ex vtraq; parte incedit. Vtriusq; igitur vsum exemplo ostendam.

Ac vt ad datum quodcunq; tempus veram colligas Lunæ latitudinem, per præcedens præceptum inuentum habeas verum motum latitudinis cum eoq; ingreditor Canonem latitudinis ☽. adhibita correctione, de qua nunc sæpe dictum, est. Ita enim facilimè veram latitudinem ☽. venaberis. Addo exemplum, vt præceptum rectiùs intelligatur. Ad datum igitur tempus nostrum inuentus est verus motus latitudinis sex. 0. par. 50. scru. 48 1^a, 40 2^a. id est, dodecatemorij vnius part. 20. scr. 48 1^a, 40 2^a, Ingressus igitur Canonem cum vno dodecatemorio & 20. partibus reperio latitudinem borealem Luna iam descendente partium 3. scr. 12 1^a, 42 2^a, at 21. partibus congruit latitudo partium 3. scr. 8 1^a, 59 2^a. Cum igitur interuallo vnius gradus latitudo decrescat scrupulis 4 1^a, 3 2^a, erit iuxta vsitatam doctrinam pars congruens scrupulis 48 1^a, 40 2^a, scrupulorum 3 1^a, 16 2^a, quæ ablata ex partibus 3. scr. 12 1^a, 42 2^a, relinquunt veram Lunæ latitudinem boream quidem partium 3. scrup. 9 1^a, 26 2^a, verùm eadem iam paulatim descendente versus meridiem.

Nec dissimilis ratio est alterius Canonis. nisi quòd partem congruentem iuxta decem tantùm scrupula venari nunc oportet. Vt sit verus motus latitudinis ☽. dodecatem 2. part. 29, scru 44 1^a, 14 2^a. Ingressus igitur Canonem latitudinis ☽. in Eclipsibus offendo 2. dodecatemorio in imo Canonis, & ascendendo 29. gr. cum scr. 40. ad sinistram intra aream Canonis. Excerpo itaq; scriptam è regione latitudinem

boream

boream gr. 0. scr, 1 1ª, 44 2ª, ac quia per dena vnius gradus scrupula proxima decrescit latitudo borea scrupulis 52 2ª, debentur ἀναλογικῶς scrupulis reliquis 4 1ª. 14 2ª, scrupula 22 2ª, abijcienda. Vera igitur latituto ☽ est partis 0. scr. 1 1ª, 22 2ª, Id est, ☽ paululum adhuc abest à nodo deuehente, quem vulgus caput Draconis vocat.

XXX. PRAECEPTVM DE CALCVLO DIVRNI motus ☽ ad datum tempus à prima stella ♈. vel ab adparenti æquinoctio.

Luna præ cęteris planetis omnibns & plurimùm vno die mouetur & subitò variat cursum suum. Vt enim noua & plena, quando ocyssimè currit, minus cietur quàm dimidiata, ita econtra, quando noua vel plena omnium tardissima est, plus tamen conficit spacij quàm dimidiata temporibus vbiq; æqualibus: ita in singulis mensibus huiusce varietatis vicissitudines absoluat: uerùm aliás aliter, quia nec noua, nec plena, nec dimidiata eadem semper primi Epicycli partes occupat, sed eadem vel simili mensis parte modò hunc, modò alium situm nanciscitur. Sed recito præceptum. Ad, dati igitur diei meridiem siue aliam eius horam quamcunq; inquiras verum Lunę motum à medio loco ☉. Inde similiter vel ad antecedentis vel, sequentis diei meridiem aut consimilem horam. Aufer motum Prioris diei à posteriori. Reliquus enim fiet motus verus ☽ diarius à medio loco ☉. cui si adieceris æqualem ☉ simplicem diurnum, conflabitur verus ☽ diarius vel à prima stella asterismi Arietis, vel ab æquinoctio adparente, id quod in præsentia in nullo ponendum est discrimine, eò quòd adparens æquinoctium intra 7. vel 8 dies vix vno secundo scrupulo mutetur. Vt ad nataliciam horam inclyti Ducis Borussiæ æqualis motus longitudinis ☽ à ☉ est sexagen. 5. part. 36. scrup. 55 1ª, 49 2ª, & anomaliæ sexag. 5. part. 52. scr. 39 1ª, 11 2ª, per quę colligitur iuxta doctrinam 24. præcepti verus ☽ motus á medio loco ☉ sex. 5. par. 38. scr. 26 1ª, 30 2ª. Ad sequentem verò diem 18. Maij adiectis motibus diurnis æqualibus constat æqualis motus longitud. ☽ sexag. 5. part. 49. scrup. 7 1ª, 16 2ª. Anomaliæ verò sexa. 0. part. 5. scr. 43 1ª. 5 2ª, per quæ verus ☽ motus à medio loco ☉ colligitur sex. 5. par. 49. scr. 7 1ª, 12 2ª. Iam Prioris diei motu ablato ab hoc posteriori relinquitur motus ☽ diarius à medio ☉ partium 10. scru. 40 1ª, 42 2ª, cui adiectus motus diurnus ☉ simplex constituit integrum motum ☽ vnius diei à prima stella ♈ partium 11. scrup. 39 1ª, 50 2ª., Meminerit autem logista pro antecedente die subtrahendos esse æquales motus à prioribus.

πρὶ τῦ ἡμεσηκοσίου κινήματος ἢ δρόμυ.

Postremò Luna nec regressum patitur, nec stationem. sed aliás velox dicitur, aliàs tarda. Velox, cum motus verus diarius superat motum

tum æqualem longitudinis, quod fit per inferiorem semicirculum: & maximè circa perigeon primi Epicycli, Tarda verò, cum diarius adparens minor est eodem æquali motu longitudinis, id quod accidit ei versanti in superiori semicirculo, & maximè circa apogeon primi epicycli, Nam circa longitudines eiusdem medias verus & æqualis motus propemodum inter se exæquantur. Est autem æqualis motus longitudinis ☽ diurnus à ☉ part. 12. scr. 11 1ª, 27 2ª. Sed á prima stella ♈. par. 13. scr. 10 1ª, 35 2ª.

XXXI. PRAECEPTVM. DE CALCVLO motus ☽ horarij.

περὶ τοῦ ὡρι αίου κινήματος.

Ad datum tempus primùm reperias motum ☽ diurnum á prima stella ♈. Inde adhibeas Canonem vicesimæ quartæ, vt supra in 19. præcepto traditum est. Veluti ad datum tempus inuentus est per præcedens præceptum verus Lunæ motus diarius part. 11. scrup. 39 1ª, 50 2ª, à prima stella ♈. Iam primùm ex Canone vicesima quarta pars 11, graduum est scrupulorum 27 1ª, 30 2ª. similiter 24. scrupulorum 39. 1ª est scrupulorum 1 1ª, 37 2ª. 20 3ª, deniq; scrupulorum 50 2ª, vicesima quarta est scrupulorum 2 2ª, 5 3ª, Hæc singula suo ordine collecta in vnam summam ostendunt motum horarium ☽ ad Natalicium diem inclyti Ducis Borussiæ, scrupulorum 29 1ª, 10 2ª, ferè. Nam tertia non iniuria negliguntur. Cæterum aliquanto pòst in calculo Eclipsium rursus dicendum erit de motu tùm ☉, tùm ☽ horatio.

XXXII. PRAECEPTVM. DE RATIONE NVMERANDI parallaxin ☉ & ☽ in circulo altitudinis ad quodcunq; tempus, si priùs distantia luminis à vertice fuerit data.

περὶ τῆς παραλλάξεως τοῦ σελήνης.

Circulus altitudinis est maximus circulus, qui per verticem capitis describitur. Etsi autem paulò pòst in doctrina Eclipsium Solis multa nobis dicenda erunt de parallaxi vtriusq; luminis, tamen hic generale præceptum proponendum est, quomodo Parallaxis Lunæ etiam non nouæ vocanda sit ad calculum, quod in motuum obseruatione nequaquam ignorari oportet. Verùm vt sequentia rectius simul & commodius tradi queant, partes generalis Canonis parallaxeon ☉ & ☽ in circulo altitudinis priùs explicandę sunt. Ac tres priores ordines satis noti sunt ex suis titulis. Quartus verò ordo est defectus, quo parallaxis apogea Lunæ diuiduæ minor est parallaxi apogea Lunæ nouæ aut plenæ. Quinto loco sequitur illa paral. apogea nouæ Lunæ aut plenæ. Sextus ordo habet parallax. perigeam Lunæ nouæ aut plenæ Septimus verò continet excessum, quo parall. perigea Lunæ diuiduæ superat perigeam Lunæ nouæ aut plenæ, quæ parallaxis sexto loco proximè antecedit. Octauus ordo habet scrupula proportionalia.

lia. quæ ſeruiunt minori Epicyclo. ſiue duplicatæ diſtantiæ ☽ ā ☉. Vltimus verò ſcrupula itidem proportionalia accommodata maiori Epicylo, ſiue anomaliæ Lunæ.

Ad datum igitur tempus habeas ex doctrina præcepti 24. & medium motum longitudinis ☽ à ☉, & anomaliam eius coęquatam. Diſtantiam verò Lunæ à vertice aliunde datam eſſe oportet, vt vel ex doctrina Sphæricorum triangulorum, vel ex Canone aliquo primi mobilis. His ita datis per duplicem Lunæ diſtantiam á vertice capias parallaxin ☽ in quatuor ſuis limitibus. Videlicet, ex quarto, quinto, ſexto aç ſeptimo ordinibus. Similiter per duplicem ☽ à ☉ longitudinem ſcrupula proportionalia priora vel minori epicyclo deſtinata iuxta quæ accipiemus de vtroq; exceſſu primi & vltimi limitis partes congruentes ad 60. quarum priorem à proximè ſequenti parallaxi quinti ordinis ſemper aufferemus, poſteriorem autem ei, quæ in penultimo limite velut ſexto ordine contrà addemus. Ita enim parallaxes ☽ binas emendatas in apogeo & perigeo habebimus. quas epicyclus minor, vel duplex ☽ à ☉ diſtantia auget vel minuit, Poſtea cum anomalia lunari capiemus vltima ſcrupula proportionum, quibus è differentia parallaxium proximè inuentarum ſumemus etiam partem congruentem, quam ſemper adijciemus parallaxi emendatæ priori, quæ apogeo debetur. Ita tandem abſoluta prodibit parallaxis loco ☽. & tempori aptè congruens. Exemplo fiet præceptum hoc illuſtrius. Ad datum tempus natalicium inclyti Ducis Boruſſię medius Lunæ motus à ☉ partium eſt 336. ſcru. 56, 1^a, ferè, & anomalia coæquata part. 342. ſcru. 18 1^a, & diſtantia à vertice graduum ferè 31. vt in Horizonte Onolſpachienſi. Per duplicem igitur diſtantiam à vertice partium 62. ex Canone colliguntur primùm defectus primi limitis à ſecundo ſcrupulorum 1 1^a, 1 1 2^a. deinde parallaxis 2. limitis ſcrup. 27 1^a, 38 2^a, deinde parallaxis tertij limitis ſcr. 32 1^a, 55 2, ac tandem exceſſus tertij & quarti ſcr. 1 1^a. 49 2^a, Motus ☽ à ☉ duplex conſtat part. 313. ſcr. 52 1^a, quibus reſpondent ſcr. proportionum priora 9 1^a. 28 2^a, quibus rurſum de ſcru. 1 1^a, 1 1 2^a, congruunt ſcrupula 1 1 2^a. auffereuda à paral. ſecundi limitis ſc. 27 1^a, 38 2^a, Emendata igitur paral. apogea eſt ſcr. 27 1^a, 27 2^a. Rurſum ijſdem ſcr. proportional, 9 1^a, 28 2^a, congruunt de poſteriori exceſſu ſcr. 1 1^a, 49 2^a, ſcr. 16 2^a, adijcienda tertio limiti vt ſit emendata paral. perigea ſcr. 33 1^a, 12 2^a. Ideo vtriuſq; emendatæ parallaxeos differentia ſcrupulorum 5 1^a, 45 2^a, Tandem part. anomalię coæquatæ 342. ſcr. 18 1^a, debentur ex canone in extremo ordine ſcrupula proportionum 1 1^a, 16 2^a, per quas venor è differentia proxima ſcr. 5 1^a, 15 2^a, partem congruentem ſcru 7 2^a.

quæ adiecta emendatæ parallaxi apogeę scr. 27 1ª, 27 2ª, ostendunt absolutam ☽. parallax in scrup. 27 1ª, 34 2ª. quam quærebamus.

Similiter & per distantiam ☉ à vertice duplicatam capies parallaxin Solis ex tertio ordine, quæ mox emendata est, ac penitùs absoluta.

Cęterùm Parallaxes ☉ & ☽ vniuersaliter quidem procumbunt versus Horizontem, vt ad parens locus Horizonti, verus autem vertici capitis sit propior, At in nostris climatis borealibus tantùm in Austrum nunquam verò in Boream.

Vide autem, bone lector, integrum calculum huius negotij

						pa.	l
Primi & sec. limitis diffe.	Parallaxis secu. limitis	Parallaxis tertij limitis	Excessus tertij & quarti limitis	Distant. á ver.	31	0
scr. 1ª 2ª	I II	I II	I II III	Med. ☽ à ☉	336	56
1 31	27 38	32 55	1 46	Duplex.	313	52
scr. prop. 8 28	11 S	17 A	9 28 scr. prop.	Anomalia.		
				Coæquata.	342	18
II III	27 27	33 12	9 28.			
0 11 7	Emendata	mendata	7 21			
Pars congruens sub.	apo.	perig	16 49	Pars congruens adden.		

I II III
33 12
27 27

Diff. 5 45
1 16

5 45
1 20

Pars cougruens 7 5 addenda apogeæ emendatæ.
Apogea emend. 27 27
Absoluta parall. 27 34 5

XXXIII. PRAECEPTVM. IN QVIBVS ZODIACI locis hæreant Apogea quinq; errantium stellarum ♄ ♃ ♂ ♀ & ☿ ad datum tempus.

περὶ τῶν πέντε πλανητῶν.

Hactenus de calculo motus ☉ & ☽, quæ stellæ Græcis φῶτα dicuntur, Latinis lumina, seorsim tradita sunt præcepta. Deinceps reliquas quinq; erraticas stellas, quas Græci proprie vocant planetas, simul complectemur. Ac vt primùm constet apogei locus, cuiusq; horum quinq;, ad datum tempus ex Canone æqualium motuum iuxta doctrinam, 8. præcepti collige motum apogei, quemadmodum singuli, vt suas Epochas loci apogei ita & Canones proprios huius motus habent, præter Venerem. Constati enim motus ostendent, quantum cuiusq; apogeon

apogeon abſiſtat à ſtella aſteriſmi ♑. At Veneris apogeon ſemper eundem locum ſub ſphæra fixarum obtinet ac diſtat inde perpetuo iuxta Copernici obſeruationes & Hypotheſes partib. 48. ſcru. 21 1ª. Quod ſi locis ſingulorum apogeorum à prima ♈ adieceris veram præceſſionem æquinoctij, exibunt eorundem apogeorum ab adparenti æquinoctio diſtantiæ dato tempori conuenientes. Vt ad Natalicium diem Inclyti Ducis Boruſſiæ colligitur Saturni quidem locus ſeu diſtantia apogei à prima ſtella ♈ ſex. 4. part. 0, ſcr. 11 1ª, 12 2ª, ♃ ſex. 2. part. 58. ſcr. 24 1ª, 48 2ª. ♂ ſex. 1. part. 59. ſcr. 39 1ª, 31 2ª. ☿ deniq; ſexa. 3. part. 30 ſcr. 31 1ª, 40 2ª. Nam Veneris ſemper eſt ſexag. 0. part. 48. ſcr. 21 1ª, vt dixi. Eſt autem vera æquinoctij præceſſio eodem tempore part. 26. ſerup. 59 1ª, 29 2ª, quæ adiecta ſingulorum locis oſtendit eo tempore abfuiſſe ab adparenti æquinoctio in conſequentia ♄ quidem apogeon partib. 267 ſcr. 10 1ª, 41 2ª, ♃ partib. 185. ſcr. 24 1ª, 17 2ª. ♂ partib. 146. ſcr. 39 1ª. 0 2ª, ♀ partibus 75. ſcr. 20 1ª, 29 2ª, ☿ deniq; partib. 237. ſcr. 31 1ª. 9 2ª, Itaq; apogeon ♄ hærebat in 28. parte ♐. ♃ in 6. parte ♎, ♂ in 27. parte ♌, ♀ in 16. parte ♊, ☿ in 28. parte ♒. Perigea autem Eccentricorum ſemper poſsident loca apogeis directè ac per centrum oppoſita.

XXXIIII. PRAECEPTVM. DE CALCVLO VERI MOtus earundem quinq; Erraticarum.

Duplicem huius Calculi formam trademus, alteram Ptolemaicam alteram propriam Copernici, quæ tamen in ſolis tribus ſuperioribus planetis ♄, ♃ & ♂, locum habet. Verùm vt ſequentis præcepti curſus ſit expeditior, hoc primùm monendus eſt noſter logiſta, in tribus ſuperioribus planetis æquales motus longitudinis & anomaliæ, ambos ſimul adæquari æquali ☉ ſimplici. Venerem autem & ☿ æqualem motum longitudinis communem habere cum ☉. Ex quo intelligitur, in tribus ſuperioribus non opus eſſe, vt ad datum tempus præter æqualem motum ☉ vterq; motus tàm longitudinis, quàm anomaliæ colligatur, ſed ſatis eſſe alterum eorum inquiri, quòd hic demptus ex Solari motu relinquat alterum, vt mox exemplo docebimus. Veruntamen ad Ptolomæi imitationem dedimus etiam Canonem æqualis motus longitudinis in tribus ſuperioribus. Suprá autem dictum eſt, æquales motus longitudinis deducere nos á prima ſtella ♈, Anomaliæ verò, quem Copernicus Parallaxeos, ſeu commutationis vocat iuxta ſuas Hypotheſes, initium ſumit ab æquali apogeo.

ἁπλογισμὸς τῆς φησφοφορίας τῶν πέντε πλανομένων.

Duplex forma huius Calculi.

Anomaliæ commutationis.

Iuxta Ptolemaicum igitur modum accipe ad datum tempus ex Canonibus æqualium motuum primùm æqualem ☉ ſimplicem & æqualem commutationis Planetæ, qui ablatus ab æquali ☉ ſimplici relinquit

I.

FORMA PTOLEMAICA.

quit æqualem motum longitudinis planetæ. Vel ſi vnius tantùm horum 5. planetarum motus calculum velis ſubducere, proximum erit pro ipſo ſimplici ☉ accipere motum longitudinis. Sit etiam inuentus apogei locus á prima ſtella ♈ per præcedentem, & vera præceſſio verni æquinoctij. Poſtea auffer apogei locum ab æquali motu longitudinis, vt relinquatur anomalia Eccentri, per quam venaberis ex Canone Proſthaphæreſeon eiuſdem planetæ, & æquationem Eccentri, & ſcrupula proportionum facta emendatione, ſi opus fuerit. Hæc Eccentri æquatio afferenda eſt tùm anomaliæ Eccentri, tùm medio longitudinis, quando ipſa Eccentri anomalia minor fuerit ſemicirculo: ſed poſt ſemicirculum addenda eſt, vt vtrunq; coæquetur. quemadmodum ipſi quoq; tituli adſcripti huic ordini æquationum per ſe indicant. At eadem æquatio contrario modo vel addenda eſt, vel aufferenda æquali motui commutationis, vt & hæc anomalia fiat coæquata. Interea ſcrupula proportionum adſeruentur. Iam cum hac coæquata anomalia commutationis ingreſſus eundem Canonem Proſthaphæreſeon ritè excerpas æquationem parallaxeos orbis cum exceſſu ſequenti, è quo iuxta ſcrupula proportionalia ſumas partem congruentem ſemper addendam parallaxi orbis, vt exiſtat abſoluta quę quidem ante ſemicirculum coæquatæ anomaliæ commutationis ſemper addenda eſt, poſt verò ſubtrahenda.

Coæquatus motus longitudinis.

Hinc iam duplici via ad exitum calculi peruenire licet. Primùm enim abſoluta æquatio addita vel ablata coæquato motui longitudinis, quem vocant verum Epicycli motum oſtendit veram planetæ diſtantiam á prima ſtella ♈, cui tandem adiecta vera præceſſio verni æquinoctij monſtrat eiuſdem locum, ab adparenti æquinoctio, vt non ignorari queat pars dodecatemorij, in quo ſtella pro eo tempore verſatur.

Rurſus verò eádem æquatio addita vel ablata coæquatæ anomaliæ Eccentri monſtrat verum locum planetę ab apogeo Eccentri. cui ſi rurſum adieceris vernm apogei locum ab adparenti æquinoctio notum ex præcedenti præcepto, habebis eundem, quem priùs, verum ſtellæ locum à verno æquinoctio.

Sed lucem adferet huic præcepto vel vnicum Exemplum. Vt ad datum tempus natalicium inclyti Ducis Boruſſiæ æqualis motus ☉ ſimplex eſt ſexag 0. part. 36. ſcru. 54 1^a, 29 2^a, Aequalis commutationis motus ♄ ſexagenarum 2. part. 8. ſcru. 20 1^a, 42 2, qui ablatus ex æquali ☉ ſimplici relinquit æqualem longitudinis ♄ motum ſexag. 4. part. 28. ſcr. 33 1^a, 47 2^a, vt à prima ſtella ♈. Eſt & apogei ♄ locus itidem ſexag. 4 part. 0. ſcr. 11 1^a, 12 2^a, qui reiectus ex motu longitudinis reliquam facit anomaliam Eccentri ſexag 0. part. 28. ſcrup. 22 1^a, 55 2^a,

35 2ª, per quam ex Canone Prosthaphæreson ♄ deprehendo προσθαφαίρεσιν Eccentri partium 2. scr. 57 1ª, 3 2ª, in hunc modum. Ingredienti Canonem cum o. sexag. part. 28. obijciuntur part. 2. scr. 54 1ª, 53 2ª, cum differentia descendenti scr. 51ª. 47 2ª. Nam quia o. sexag. in capite Canonis scripta est, sumi debet differentia descendens. Alioqui sumeretur differentia ascendens, si sexagenæ anomaliæ Eccentri adscriptæ essent imæ parti Canonis. Iam scrupulis 22 1ª, 35 2ª, quæ adhærent 28. part. anomaliæ congruunt de scrupulis 51ª. 47 2ª, scrupula 2 1ª, 10 2ª, quæ adiecta par. 2. scr. 54 1ª 53 2ª, eò quòd æquatio adhuc crescit, constituunt emendatam æquationem Eccentri partium 2. scru. 57 1ª, 3 2ª Similiter inuenies scrupula proportionalia 2 1ª, 34 1ª, quę interea adseruentur. At Eccentri æquatio ablata anomaliæ Eccentri tùm motui longitudinis, addita verò anomaliæ commutationis, quia ipsa Eccentri anomalia minor est semicirculo, efficit coæquatam anomaliam Eccentri sex. o. part. 25. scr. 25 1ª, 32 2ª, similiter motum longitudinis sex. 4. part. 25. scr. 36 1ª, 44 2ª. Anomaliam demiq; commutationis sexag. 2. part. 11. scru. 17 1ª, 45 2ª. Per hanc rursum ex eodem Canone Prosthaphæreseon accipio æquationem quidem orbis emendatam part. 4. scr. 45 1ª. 29 2ª, addendam, eò quod anomalia commutationis semicirculum nondum compleuit. Excessum verò scrupulorum 37 1ª, 5 2ª, de quo pars congruens scrupulis proportionalibus 2 1ª, 34 2ª, est scrup. 1 1ª, 35 2ª, addenda emendatæ Prosthaphæresi orbis, vt fiat iam absoluta part. 4. scr. 47 1ª, 4 2ª, quæ addita coæquato motui longitudinis ostendit veram planetæ distantiam á prima stella ♈ sexag. 4. par. 30. scr. 23 1ª, 48 2ª. & addita vera præcessione distantiam ab æquinoctio adparenti sexag. 4. part. 57, scr. 23 1ª, 17 2ª.

Eòdem peruenies hac via. Absoluta Prosthaphæresis orbis rursus addita anomaliæ coæquatę ostendit veram stellæ longitudinem ab apogeo eccentri sex o. par. 30. scr. 12 1ª, 36 2ª. Ipsum verò apogeon abest à verno æquinoctio in consequentia sex. 4 par. 27, scr. 10 1ª, 41 2ª, quæ adiecta proximis numeris ostendunt similiter, vt priùs, ♄ stellam abesse ab adparenti æquinoctio verno sexagenis 4. part. 57. scr. 23 1ª. 17 2ª.

Poteris etiam hac vti ratione. vt motum æqualem longitudinis relinquas inæquatum tantisper, donec inuenta fuerit & altera Prosthaphæresis orbis scilicet Postea si vtraq; Prosthaphæresis eccentri fuerit eiusdem qualitatis seu adfectionis, adde inuicem, & summam hanc adde vel auffer motui longitudinis, prout ambę equationes fuerint vel addendæ, vel subtrahendæ. Sed si fuerint diuersæ adfectionis minorem Prosthaphæresin auffer à maiori, & reliquum adde vel auffer, secundùm

maioris

maioris Prosthaphæreseos proprietatem adiectiuam vel ablatiuam. Ita enim comparabis verum locum Planetę à prima stella ♈. Quod monuisse satis est.

2. FORMA COPER. NICI.

Recito nunc & Copernici formam, si quis ea vti malit, etsi tantùm in tribus superioribus locum habet. Ac initium quidem Calculi idem est in vtraq; forma. Ablato enim motu anomalię commutationis ab æquali Solis simplici, relinquitur motus longitudtnis æqualis à prima stella Arietis, & ab hoc rursum ablato loco apogei, reliqua fit anomalia eccentri, per quam inuenta, vt priùs, Prosthaphæresis eccentri addatur vel auferatur anomaliæ commutationis, vt fiat coæquata. Cuius & scrupulorum proportionalium adminiculo rursum venaberis absolutam Prosthaphæresin orbis. Hactenus omnia conueniunt. Sed nunc vide dissimilitudinem. Hanc absolutam Prosthaphæresin orbis auffer ipsi anomaliæ commutationis, dum minor est semicirculo, vel adde, dum maior est, ita enim conflatur vera, distantia stellæ à loco ☉. media in præcedentia, vel contra signorum ordinem: quam distantiam, vbi abstuleris ex medio motu ☉ simplici, relinquitur verus planetæ locus à prima stella ♈. cui adiecta vera præcessio calculum absoluit, vt priùs. Quare vt finem tantùm præcedentis calculi repetamus. per coæquatam anomaliam commutationis sexag. 2. par. 11. scr. 17 1ª, 45 2ª. existit, vt priùs absoluta orbis Prosthaphæresis part. 4. scr. 47 1ª, 4 2ª, quæ iuxta Copernici ἐπιλογισμὸν subtrahenda est ab eadem coæquata anomalia commutationis, eò quod semicirculo minor est. Distantia igitur vera planetæ à medio loco ☉, sed in præcedentia est sex. 2. par. 6. scr. 30 1ª, 41 2ª, quæ ablata rursum à medio motu ☉ simplici sexag. 0. par. 36. scrup. 54 1ª, 29 2ª. relinquit veram distantiam planetæ à prima ♈. sexag. 4. part 30. scru. 23 1ª, 48 2ª, vt priùs. Et hactenus tantùm Copernici forma differt à Ptolemaica, qua similiter vti licebit in ♃ & ♂, non item in ♀ & ☿.

Cæterùm Calculum motus, seu vt Græci loquuntur, ἐπιλολισμὸν ψηφοφορίας omnium planetarum ad datum tempus inclyti Ducis Borussiæ in tabella spectandum proposui, ne in hac quoq; parte discentium studijs deesset noster conatus.

XXXV. PRAECEPTVM. DE CALCVLO VERI motus diarij alicuius horum 5. Planetarum.

περὶ ἡμερησίου κινήματος.

Non est dissimilis forma ab ea, quam supra in sole ac Luna vsurpauimus. Duntaxat igitur exemplum hic requiri potest, quod superiora reuocet in memoriam. Ad horam igitur nataliciam inclyti Ducis verus motus ♂, est à prima stella ♈. sex. 0. part. 10, scru. 35 1ª, 28 2ª,

28 2ª. Similiter interuallo vnius diei vel 24. horarum pòst colligitur verus motus ♂ itidem sex.o.par. 11.scru. 19 1ª,49 2ª. Est autem motus prioris diei minor motu posterioris, eorumq; differentia verus diarius, scilicet scrupulorum 44 1ª, 21 2ª, quantùm stella diurno spacio tunc ferebatur in consequentia. Accidit autem in hoc calculo motum posterioris diei aliàs æqualem esse motui prioris diei, concurrentibus contrarijs motibus inuicem æquatis. Ac dicitur planeta stationalis, aliàs verò minorem motu prioris diei. ac stella in Zodiaco regreditur in priora, à quibus nimirùm discesserat, id quod fit circa perigeõ epicycli. Ac in tribus superioribus planetis, cum diametro Solis loco appropiuquant. In ♀ autem & ☿, cum vespertini occultari, radijsq; solaribus immergi propemodum incipiunt.

Planeta ὑπολήπτικὸς progredieus. Directus. Στηρίζον. Stationalis. προκγιτικὸς. Retrogradus. Regrediens.

Cæterùm ex motu diario ratiocinaberis horarium, vt in ☉ & ☽ dedicisti auxilio canonis vicesimi quarti.

XXXVI. PRAECEPTVM DE COMPOSITIONE

Canonis veri motus diarij alicuius horum quinq;

Initiò sciendum est, adparentem motum diarium Planetæ ex duabus velut partibus coagmentari, quarum altera est verus motus epicycli, quem Copernicus aliàs terræ, aliàs visum motum, seu celeritatem nominat, altera pars est verus motus, quo proprie cietur planeta, vt in circumferentia epicycli iuxta vsitatas Ptolomæi hypotheses. Verus quidem epicycli motus perpetuò procepit in consequentia, tametsi inæqualiter. Verus autem planetę cursus non tantùm inæqualis est, verùm in qualibet anomaliæ periodo seu integra conuersione valde sui dissimilis, quia motui epicycli aliàs addit, aliàs demit, aliàs superatur, aliàs verò superat, vt cum planeta est προκγιτικὸς, vel, vt Latini vocant, retrogadus.

Ac verus quidem epicycli motus simili ratione calculi cernitur, qualem supra in Sole tradidi. Nouo igitur præcepto nihil opus est, sed tamen exempla nolo hîc á studioso desiderari: quæ rursum tria proponam, cum videlicet centrum epicycli ♂ vel transit per apogeon Eccentri, vel cum coæquata anomalia est partium 90. vel partium 180. Motus autem æqualis longitudinis ♂ diarius est scru. 31 1ª, 26 2ª, 31 3ª, cuius dimidium scr. 15 1ª, 43 2ª ferè,

Verus Epicycli motus. Tria exempla.

Iam in apogeo eccentri scrupulis 15 1ª,43 2ª,coæquatæ anomaliæ emendata Prosthaph.eccentri respondet scrupulorum 2 1ª, 48 2ª auferenda,cum in eccentri apogeo motus centriepicycli sit lentissimus.Itaq; semidiurnus verus erit scrupulorum 12 1ª, 55 2ª, diurnusq; scr. 25 1ª, 50 2ª, in apogeo eccentri. At in perigeo rursum similis æquatio addenda est æquali motui longitudinis.

I.

21 Rursum vt habeas verum motum diarium epicycli, cum anomalia eccentri coæquata, id est, distantia centri epicycli ab apogeo eccentri habet partes 50. primùm emendata calculi ratio docet coæquatæ anomaliæ partium 49 scr. 44 1ª, 17 2ª, deberi eccentri æquationem part. 7. scr. 59 1ª, 28 2ª. Similiter coæquatæ anomaliæ part. 50. scr. 15 1ª, 43 2ª æquationem part. 8. scr 3 1ª, 24 2ª. vtramq; sanè aufferendam. Et quia posterior maior est priori, differentia vtriusq; æquationis scr. 3 1ª, 56 2ª, reiecta ex motu diurno longitudinis æquali, relinquit verum diarium epicycli ad hunc positum scrupulorum 27 1ª, 30 2ª ferè.

3. Postremo anomaliæ coæquatę eccentri partium quidem 149. scr. 44 1ª, 17 2ª. debetur Prosthap. orbis part. 6. scr. 7 1ª, 17 2ª. At partium 150. scr. 15 1ª, 43 2ª, debetur æquatio partium 6. scr. 1 1ª, 44 2ª, cumq; vtraq; sit aufferenda, & posterior à priori superetur, Ideoæquationis vtriusq; differentia iam adijcienda est æquali motui diurno. vt existat verus diarius scru 36 1ª, 59 2ª, 31 3ª, vel plenè scru. 37 1ª, 0 2ª, dum coęquata anomalia eccentri partibus 150. perficitur. Ex his exemplis satis iudicari potest, qua ratione verum epicycli diurnum motum venari oportet, vel ad singulos gradus coęquatæ anomaliæ eccentri, vel quinos vel denos, pro arbitrio vel commoditate cuiusq;.

Verus planetæ cursus.

Nunc etiam planetæ verum cursum similiter exemplis ostendo, quibus omnis ferè comprehensa est varietas. Est autem æqualis motus diurnus commutationis scr- 27 1ª, 41 2ª, & dimidium eius scrupulorum 13 1ª 51 2ª. Videndum est primùm, quantus sit verus motus planetæ transeuntis per apogeon epicycli, in quacunq; etiam parte eccentri orbis centrum epicycli versetur. Quando ergo coæquata anomalia epicycli vel commutationis est par. o. scr. 13 1ª, 51 2ª. Prostha. orbis est scrupulorum 5 1ª, 12 2ª, & excessus scr. o 1ª, 38 2ª. Duplum igitur æquationis orbis. videlicet, scrupula 10 1ª, 24 2ª, est verus diarius planetę transeuntis per apogeon sui epicycli, dum huius centrum versatur in apogeo eccentri. Fertur autem planeta per superius epicycli segmentum in consequentia, & plurimùm quidem in ipso apogeo. Ideo si hunc diurnum motum adiunxeris scrupulis 25 1ª, 50 2ª, habebis verum diarium integrum seu adparentem ♂ transeuntis per vtriusq; circuli apogeon scr. 36 1ª, 24 2ª. Duplum verò excessus scrupulorum 1 1ª, 16 2ª, quæ addita scru. 10 1ª, 24 2ª, conficiunt verum diarium planetæ transeuntis per apogeon quidem epicycli, at per eccentri perigeon, qui similiter additus ad congruentem verum diarium epicycli, vt transeuntis per eccentri perigeon, constituit verum diarium adparentem planetæ. Sed si ad alia eccentri loca hęc accommodare libet vsui erunt rursum scrupula proportionalia perinde vt supra in præ-

1. In apogeo epicycli.

Apogeon eccentri.

Alia loca eccentri.

cepto

cepto 34, vt coæquata anomalia eccentri 50. graduum præbet ſcrupula ferè 71 ^{a}, quibus de exceſſu ſcrupulorum 11 ^{a}, 16 2 ^{a}, competunt ſcrupula 0 1 ^{a}, 9 2 ^{a} ferè, quæ addita ſcr. 10 1 ^{a}, 24 2 ^{a}, dant emendatum verum motum planetæ congruentem huic loco eccentri ſcr. 10 1 ^{a}, 33 2 ^{a}. At in eodem loco verus epicycli inuentus eſt ſcr. 27 1 ^{a}, 30 2 ^{a}. Verus igitur diarius planetæ adparens eſt ſcr. 38 1 ^{a}, 42,, quando videlicet planeta tranſit per apogeon epicycli anomalia eccentri coæquata exiſtente partium 50. Similis omninò calculi ratio eſt, planeta eunte per epicycli ſui perigeon, niſi quod curſus epicycli verus conueniens auffe-
rendus eſt vero planetæ, quia reliquum oſtendit regreſſum planetæ in præcedentia. Addo igitur aliud exemplum, dum anomalia coæquata epicycli eſt parium 120. Ac primùm coæquatæ anomaliæ epicycli par- 2.
tium 119. ſcr. 46 1 ^{a}, 9 2 ^{a} reſpondet æquatio orbis par. 36. ſcr. 35 1 ^{a}, *Alius planetæ locus in epicyclo.*
57 2 ^{a}, exceſſus autem partium 8. ſc. 2 1 ^{a}, 25 2 ^{a}, ſed coæquatę anomaliæ par. 120. ſcr. 13 1 ^{a} 51 2 ^{a}. æquatio par. 36. ſcr. 38 1 ^{a}, 8 2 ^{a}, exceſ. par. 8. 5 1 ^{a}, 54 2 ^{a}, ita vt poſteriora ambo ſint maiora prioribus, cùm quidem additio vtrobiq; exigatur. Itaq; differentia æquationum ſcr. 2 1 ^{a}, 11 2 ^{a}, eſt diarius verus planetæ adhuc in conſequentia, dum centrum quidem epicycli verſatur in apogeo eccentri, planeta aũt diſtat à vero apogeo ſui epicycli partib. 120. Sed diff. vtriuſq, exceſ ſcr. 3 1 ^{a}, 29 2 ^{a}, addita ſc. 2 1 ^{a}, 11 2 ^{a}, conſtituit verum diarium, dum centrum epicycli verſatur in perigeo eccentri. Quod ſi vtrobiq; adiunxeris verum diarium epicycli, coaceruabis verum adparentem planetę ad talem poſitum planetæ ſimul & epicycli. Verùm ſi ad alia loca eccentri verum planetæ motum velis adaptare, adhibendus erit rurſum vſus ſcrupulorum proportionalium, quibus pars de exceſſuum differentia cõgruens adijcienda ſemper eſt differentiæ æquationum orbis. Id quia antea declaraui exemplo, ocioſum eſſet denuò repetere. Sed hoc meminerit logiſta, quem hæ rationes omninò ſagacem, nec ignauum eſſe volunt, quod quando poſterior æquatio orbis minor eſt priori, motus planetæ per ſe fiat in præcedentia. Ideo planeta paulatim tardiùs procedit, donec æquatis motibus in contrarias partes videtur aliquandiu conſiſtere. Hinc verò etiam retrò legit priora veſtigia, nempe quando planetæ motus in præcedentia ſuperat iam motum epicycli in conſequentia. Verùm hæc vberiùs alibi traduntur.

Initium igitur huius regreſſus in epicyclo, notandum quoq; erit *Initium regreſſus.*
Canone, in quo è regione graduum ſub dodecatemorijs, vel ſexagenis partium aptè collocabis veros motus diarios tùm epicycli cùm ſcrupulis proportionalibus, tùm planetæ in apogeo eccentri, cùm exceſſu. Ac quæ de ſemicirculis ſupra dicta ſunt, ſimiliter hic tùm de eccentro, tùm de epicyclo accipi debent. Poſtremò quoties ex Cano-

ne sic comparato depromendus erit diarius Planetæ adparens, per coæquatam quidem eccentri anomaliam accipiatur verus epicycli. vnà cum scrupulis proportionalibus, verus autem Planetæ cum excessu per coæquatam epicycli anomaliam: & de excessu primùm sumatur pars congruens semper addenda motui vero Planetæ, qui similiter, dum fertur in consequentia, addendus est vero epicycli, alioqui minor eorum aufferendus est à maiori. Reliquum enim erit motus Planetæ in præcedentia vel consequentia iuxta proprietatem eius motus, qui superabit.

Poterant hoc loco subijci mox præcepta de stationibus & regressibus harum 5. stellarum, de latitudinibus, item de exortibus, & occultationibus earundem. Verùm quia aliquid etiam dicendum erit de mutuis earum inter se coniunctionibus & quando cum stellis inerrantibus potissimùm ijs, quæ per Zodiacum circulum sparsæ sunt, congrediantur: quia hi congressus stellarum maximas cient tempestates, & varias effectiones consideratione dignas. priùs absoluamus ea, quæ ad integram doctrinam duorum luminum pertinent, videlicet συζυγίας, id est, σωόδους καὶ πανσελήνους, tùm alias in vniuersum, tùm vero Ecliptícas. Inde reuertemur ad 5. planetas, & finem huic labori nostro imponemus.

XXXVII. PRAECEPTVM. QVOMODO INQVIratur tempus periodicæ Syzygiæ binorum planetarum.

περὶ συζυγιῶν.

DE SYZYGIIS.

Initiò rursum de eruditis adpellationibus, quæ apud Ptolomæum extant, breuiter admonere volo studiosum, Adpellatione Syzygiæ velut generis intelligit Ptolemæus & Synodos, & diametros, id est, tùm coniunctiones, tùm oppositiones, vt vulgò vocant, vel σωόδους, καὶ πανσελήνους, quoties de duobus luminibus, Sole & Luna propriè loquitur. Interpretes Arabicorum scriptorum ad eundem modum generaliter vsurparunt nomen adplicationis. Est autem Syzygiarum alia rursum periodica alia vera, seu ἀκριβὴς quarum hæc circa veros, altera circa æquales motus versatur. Accidit vero in ☉ ac ☽, vt ἀκριβὴς συζυγία interdum sit ecliptica, ita vt in Synodo vel nouilunio ☉ obscuretur, in πανσελήνῳ autem vel plenilunio deficiat ipsa ☽. Quæ quidem singillatim deinceps erunt explicanda.

Nunc reuertor ad institutum præceptum, quod initium ac velut fundamentum est totius sequentis doctrinæ seu πραγματείας. Præcepti autem ratio hæc est. Diurnum motum æqualem tardioris Planetæ auffer à diurno æquali velocioris. In hanc vt vocant, superationem diurnam partire integrum circulum, vel partium sexagenas sex iuxta doctrinam

ctrinam Diuiſionis ſuprà in logiſtice traditam. Quotus enim numerus oſtendet tempus, quod inter duas proximas συζυγίας intercedit, diſtributum in dies & dierum tùm ſcrupula, tùm fortè etiam ſexagenas, vt motus longitudinis ☽ à ☉, vel ſuperatio diurna eſt part. 12. ſcr. 11 1ª, 26 2ª. 41 3ª, 30 4ª, in quem diſtributus integer circulus vel graduum ſexagenæ 6. oſtendunt tempus periodicæ Syzygiæ ☉ & ☽, quod menſem vocant Synodicum, dierum 29. ſcr. 31 1ª, 50 2ª. 8 3ª, vel dierum totidem horarum autem 12. ſcr. 44 1ª 3 2ª, 12 3ª, ferè. Tantùm enim temporis inter duos proximos luminum, vel coitus vel diametros poſitus medios interiectum eſt.

Aliud exemplum. Differentia diurnorum motuum longitudinis æqualium ♄ & ♃ eſt, ſcr. 2 1ª, 58 2ª, 40 3ª, 16 4ª, 51 5ª, 25 6ª, in quam diſtributus totus circulus oſtendit dierum ſexagenas ſecundas 2. primam 0. dies 53. ſcrupuláq; 3 21ª, 28 2ª, 28 3ª, fer?, id eſt, dies 7253. vel annos Aegyptios 19, diesq; 318. ac ſcrupula vnius diei reliqua. Hoc nimirùm tempus intercedit inter duos proximos ♄ & ♃ coitus, vel diametros poſitus medios ſiue æquales.

Iam hoc nemo ignorare poteſt, cuius totum datur, eius ſemiſſem & quadrantem etiam dari: vt totum tempus periodicæ ſiyzygiæ ☉ & ☽ dierum eſt 29 horarum 12. ſcr. 44 1ª, 3 2ª, 12 3ª, Semiſſis verò eiuſdem temporis dierum 14 horarum 18. ſcru. 22 1ª, 1 2ª, 36 3ª. Quadrans autem dierum 7 horarum 9. ſcr. 11 1ª, 0 2ª, 48 3ª, quod quò proſit ſcire, ſequentia præcepta docebunt.

XXXVIII. PRAECEPTVM. DATVM TEMPVS quantum antecedat vel ſequatur proxima συζυγίαν periodica binorum planetarum.

Ad datum tempus per 8. propoſitionem inuenias æqualem longitudinis motum vtriuſq; Planetæ, & tardioris motum auffer motui velocioris, aſſumpto integro circulo, ſi vſus poſtulat. Hoc reliquum vbi diuiſeris in diurnam ſuperationem, vt in præcedenti præcepto, emerget illud tempus, cuius interuallo proxima Synodos eorundem planetarum datum tempus antecedit. Vel ſi idem reliquum toti porrò circulo demſeris, & huius reliquias ſimiliter rurſum diſtribueris, exibit tempus, cuius interuallo proxima Synodos datum tempus conſequitur. Subijcio nunc huius partis exemplum vnum atq; alterum. Eſtoq; propoſitum inuenire initium anni 1555. quot diebus antecedat, vel ſequatur proxima Syzygia σωοδικὴ ☉ & ☽. Diſtantia igitur vel ſuperatio æqualis ☽ à ☉ ad initium eius anni id eſt, ad mediam noctem, quę calendas Ianuarij antecedit (vt ſuprà docuit 4. præceptum)

I. est sexagenæ 1. part. 33. scr 58 1ª, 33 2ª, 32 3ª, Hanc superationem partitus per diurnam superationem par. 12. scr. 1 1ª, 26 2ª, 41 3ª, venaberis iuxta diuisionis doctrinam dies 7. scr. 42 1ª, 31 2ª, 40 3ª, id est, præter 7. dies integros, horas 17. scr. 0 1ª, 40 2ª, quę à proxima συζυγία σωοδικῇ duorum luminum antecedente præterierunt vsq; ad initium dati anni. Vel si reliquum arcum de toto circulo sexagenarum 4. part. 26. scr. 1 1ª, 26 2ª, 28 3ª, similiter distribuas in diurnum ☽ à ☉ recessum æqualem, inuenies dies 21. horas 19 scr. 43 1ª, 23 2ª, 11 3ª, quo nimirùm spacio temporis proxima syzygia synodica consequitur illud ipsum initium dati anni.

Altera pars præcepti.

Etsi non necesse est, vtranq; harum syzygiarum diuisionis opera explorare. sed alteram earum subsidio præcedentis præcepti inuestigaueris multò compendiosiùs in hunc modum. Quia iam constat ab antecedenti synodo media, quæ incidit in Decembrem anni 1554. expleri dies 7. horasq; 17. cum scrupulis 0 1ª, 40 2ª, vsq; ad initium dati anni, ad tempus periodicæ syzygiæ inuentum est dierum 29. horarum 12. scr. 44 1ª, 3 2ª, 11 3ª. ab eo tempore ablati dies illi 7. horæq; reliquæ cum scrupulis ostendunt syzygiam proximam & primam anni dati 55. fieri plenis iam ab ipsius initio diebus 21. horisq; 19. ac scrupulis 43 1ª, 25 2ª, 11 3ª.

De temporibus ante diluuium.

Ad hunc igitur modum, si memoria tenes ea quæ suprà in præceptis subtractionis logistices dicta sunt de Epochis retrò constituendis, inuenies tempora mediarum syzygiarum ad datum mensem, cuiuscunq; dati vel assumpti anni, qui retrò etiam vel diluuium antecessit.

Media ☌ ♄ & ♃ anic χρίσορ.

Alterum exemplum. Scire libet media ☌ ♄ & ♃ nouissima quantum antecesserit initium annorum Domini. Aequalis longitudinis ♄, vtá prima stella Asterisini ♈, est sexagena 1. part. 6. scrup. 41 1ª, 51 2ª, 26 3ª, qui ablatus ab æquali longitudinis ♃ motu sex. 2. partium 54. scrup. 41 1ª, 3 2ª, 25 3ª, relinquit superationem ♃ sexagenæ vnius partium 47. scrup. 32 1ª, 11 2ª, 59 3ª. quæ diuisa in superationem eorundem diurnam, quæ est scrupulorum 2 1ª, 58 2ª, 40 3ª, 16 4ª, 51 5ª, 25 6ª, ostendunt dierum sexagenas primas 36. ac dies 6. scrupulaq; 43 1ª, 36 2ª, 8 3ª. diei vnius ferè. id est, dies 2166. vel annos Aegyptios 5. diesq; 335. & reliqua scrupula. Tanto tempore vltima σωόδ☉ ♄ & ♃ antecessit initium annorum Christi, quod tempus ablatum à tempore periodicæ syzygiæ eorundem patefacit similiter primàm Synodon ab eodem initio factam esse plenis iam annis Aegyptijs 13. ac diebus præterea 342. scrupulisq; 48 1ª, 52 2ª, 20 3ª, vnius diei, id est, anno decimo quarto, die quinto Nouembris, cum à media nocte antecedenti præterijssent horæ 19. scr. 32 1ª. 55 2ª.

Hoc

Hoc constituto principio, cum & datum sit tempus Periodicæ syzygię condiderit Mathematum studiosus sine magno labore canonem mediarum ☌ ♄ & ♃. ac similiter mediarum ☌ tùm ♄ & ♂, tùm ♃ & ♂. Quod cuiusq; arbitrio ac diligentiæ interea relinquo. *De canonibus condendis mediarum syzygiarum.*

XXXIX. PRAECEPTVM. DATO ANNO QVOmodo tempus medij vel nouilunij, vel plenilunij dati mensis inuestigetur.

Duplex est via huius inuestigationis, prior ex ipsis petita fontibus, quam hactenus tradidi, altera verò vulgaris, deinceps explicanda. cui deseruiunt canones ☌ & ☍ mediarum in annis Iulianis. Ac prior quidem etsi non desiderat longiorem explicationem, tamen hoc etiam addam, quomodo, si ad mensem Ianuarium dati anni inuentum fuerit tempus medij nouilunij, reliquorum inde mensium eiusdem anni media tùm nouilunia, tùm plenilunia deprehendantur. Vtar autem exemplis potiùs, quàm longis verborum ambagibus, Vt ad initium anni 1555 inuentum est medium nouilunium Ianuarij accidere expletis diebus 21. horis 19. scr. 43 1^a, 23 2^a. Si iam voles scire medium plenilunium Ianuarij, vt antecedens, auffer semissem Periodicæ syzygiæ, de quo in fine 37. præcepti dictum est, dierum scilicet 14. horarum 18. scr. 22 1^a, 2 2^a, ferè. Sic enim adparet medium Ianuarij plenilunium accidere exactis ab initio anni diebus. 7. hora 1. sct. 21 1^a, 21 2^a. Sed eodem semisse addito dieb. 21. horis 19. ac reliquis scrupulis, erit summa dierum 36. horarum 14. scr. 5 1^a, 24 2^a, vnde abiectis 31. diebus Ianuarij pleni, patet plenilunium Februarij euenire expletis ab initio ipsius diebus 5. horis 14. ac scrupulis cæteris. Eodem modo continuata serie disces ordinè tempora singulorum mediorum nouiluniorum & pleniluniorum totius anni. *DVPLEX VIA. PRIOR.*

Quod si voles extra ordinem cognoscere medium nouilunium aut plenilunium certi mensis dari anni, in quo Ianuarij nouilunium sic datum est, exemplo monstrabimus rationem similiter adhibendam cæteris. Seruit autem huic negocio canon generalis ☌ & ☍ mediarum ☉ & ☽ in mensibus. Sit datus mensis Iunius eiusdem anni 1555. cuius medium plenilunium scire velim. Quintus igitur mensis Maius absolutus est. Itaq; in Canone illo generali è regione 5. mensis Lunaris excerpe dies 147. horas 15. scrup. 40 1^a, 16 2^a, quæ adde diebus 21. horis 19. scrup. 43 1^a, 23 2^a, erit summa dierum 169. horarum 11. scrup. 23 1^a, 39 2^a. Ac ex canonio anni Iuliani vsq; ad finem Maij, vel initium Iunij à Calendis Ianuarij sunt in anno communi dies 151, qui abiecti ex ea summa ostendunt medium nouilunium

mensis

menſis Iunij fieri abſolutis dieꝫus 18. horis 11. ſcr. 23 1ª, 39 2ª, & abiectus rurſum ſemiſſis periodicæ Syzygiæ relinquit dies 3. horas 17. ſcr. 11ª, 57 2ª Iunij, quod eſt tempus medij plenilunij in Iunio. Nec addam plura exempla. Sed ſi quis fortè ob ingenij tarditatem hæc non ſatis adſequitur huic conſultum erit, vt ſequentem rationem reddat ſibi familiarem.

Præceptum eius ita ſe habet: primùm ingredere canonem Epocharum ☌ & ☍ mediarum vel à diluuio, vel à Chriſto iuxta dati rationem cum numero hecatontaeteridum, qui proximè minor eſt numero datorum annorum plenorum, excerpens ſub titulo temporis dies & horas cum ſcr. inde ſimiliter cum reliquis annis, ac tandem cum plenis menſibus. Omnibus his ordinè coniectis in vnam ſummam confer dies ad numerum dierum in canonio reuolutionum, qui proximè maior adſcriptus eſt è regione notæ ☌. ſi tempus ☌. vel notæ ☍. ſi tempus ☍. quærendum eſt. Ab eo enim numero ablata hæc ſumma relinquit dies & horas cum ſcrupulis elapſa ab initio menſis dati ad tempus medij vel nouilunij, vel plenilunij. Exemplo fit res illuſtrior. Sit quærendum medij plenilunij tempus incidens in menſem Iunium anni 1555. à Chriſto. Primùm cum annis 1500 à Chriſto excerpe dies 11. horas 3. ſcr. 28 1ª, 2 2ª, & cum annis 54. dies 26. horas 2. ſcr 16 1ª, 41 2ª, deniq; cum Maio anni communis dies 3. horas 8. ſcr. 19 1ª, 44 2ª. Nam biſexti rationem memento vbiq; habendam eſſe in omnibus huius generis Canonibus. Iam hæc tribus ingreſſibus excerpta gignunt ſummam dierum 40 hor. 14. ſcr. 41ª, 27 2ª. At in Canonio reuolutionum è regione notæ ☍ numerus proximè maior eſt dierum 44. horarum 7, ſcru. 6 1ª, 5 2ª, è quibus ſumma illa detracta relinquit dies 3. horas 17. ſcr. 11ª, 38 2ª, Medium igitur plenilunium menſis Iunij patet fieri elapſis iam ab initio eius diebus tribus horis 17. ſc. 11ª, 38 2ª, planè ſicut in priori ratione.

Aliud exemplum. Cupio ſcire tempus medij nouilunii, quod futurum eſt menſe *Aprili* anni Chriſti 1567. Annis ergo 1500. ex Canone epocharum à Chriſto reſpondent, vt priùs, dies, 11. horæ 3, ſcr. 28 1ª. 2 2ª, & annis 66. dies 9. hora 0, ſcr. 52 1ª, 47 2ª, & tribus plenis menſibus anni communis dies 1. horæ 9 ſcr. 47 1ª, 50 2ª Quæ omnia collecta, ſunt in ſumma dies 21. horæ 14. ſcr. 8 1ª, 39 2ª, At in Canonio numerus proximè maior è regione notæ ☌ eſt dierum 29. hor. 12. ſcr. 44 1ª, 3 2ª. Vnde prior abiecta ſumma dierum & horarum relinquit dies 7. horas 22. ſcru. 35 1ª, 24 2ª. Erit igitur tempus medij nouilunij Aprilis anni 1567. cum iam ab initio eius menſis fuerint elapſi, dies nimirùm 7. horæ 22. ac ſcrupula reliqua, vt modò inuenimus.

Cæterùm

Cæterùm vſitatum eſt, nouilunijs adpellationem tribuere non ab illis menſibus, in quos incidunt, ſed potiùs à ſequentibus, in quibus vnuſquiſq; terminatur. Vnde notus eſt verſiculus In quo completur, menſi lunatio detur. Quod etiam obiter monendum erat. *Cui politico mensi adscribatur quilibet lunaris.*

XL. PRAECEPTVM. QVA RATIONE EXPLORETUR tempus mediæ Syzygiæ duorum luminum ☉ & ☽ ritè conſtitutum eſſe. δοκιμασία.

Tempus autem modò inuentum vtrum medio nouilunio vel plenilunio ritè congruat, ſic examinabis. Ad ipſum tempus iuxta doctrinam 8. præcepti ſubducito rationem æqualis motus longitudinis ☽ à ☉. qui in medio quidem plenilunio ſemicirculum, at in nouilunio integrum abſoluiſſe penitus circulum debet reſtitutus ſuo principio, quia hîc æqualia loca ☉ & ☽ incidunt in idem ſigniferi punctum, illic verò in eandem rectam lineam ex diametro terræ ſecundùm longitudinem. Exemplo nihil opus eſſe arbitror.

Quòd ſi Syzygiæ tempus aliorum quorumcunq; binorum planetarum calculo voles etiam examinare. exquiſiti hoc modo æquales eorum motus longitudinis à prima ſtella ♈ debent penitùs inter ſe congruere in ſexagenis partibus ac ſcrupulis deniq;. Vt ſi explorabis tempus primæ Syzygiæ ſynodicæ ♄ & ♃. poſt initium annorum Chriſti, videbis vtranq; ſtellam à prima ♈ abeſſe ad illud temqus ſexagenis 3. partibus 56. ſcrupuliſq; 54 1^a, 32 2^a, 32 3^a.

XLI. PRAECEPTVM. DE MOTIBVS AEQVALIBVS ☉ & ☽ congruentibus dato tempori mediæ ſyzygiæ eorundem.

Vt rectè venari poſſis tempus veræ Syzygiæ ☉ & ☽. opus eſt cognitione verorum, aut ſaltem mediorum locorum congruentium tempori medij nouilunij aut plenilunij. Medios igitur motus colliges iuxta 8 præceptum, ſiquidem priorem rationem exquirendi tempus mediæ Syzygiæ ſecutus es. Sed iuxta poſteriorem rationem & tempus mediæ Syzygiæ, & æquales motus vna eademq; opera comparabis, niſi quòd æqaules motus, quos Canonion reuolutionum ſuppeditat. iam addere oportet prioribus, cùm in temporis conſtitutione antè facienda eſſet ſubtractio. Sed ne quis exemplum fortè deſideret, eſto vnà cum tempore medij plenilunij eius. quod incidit in menſem Iunij anni 1555. inueniendus medius motus ☉ ſimplex. Cum annis igitur 1500. ingredienti canonem hecatontaëteridum ♂ & ☌. offeruntur dodecatemoria 9 part. 11. ſcr. 36 1^a, 22 2^a. Similiter cum annis 54. plenis dodecatemoria 11. partes 3. ſcru. 25 1^a, 52 2^a, & cum plenis menſibus 5. dodecatemoria 4. part. 25. ſcr. 31 1^a, 41 2^a, deniq; in Canonio reuolutionum dodecatemorium 1. part. 13. ſcrup. 39 1^a, 30 2^a. Quæ om-

nia iuxta ſingulas ſpecies coaceruata dant dodecatemorion. 1. par. 24. ſcr. 13 1ª, 25 2ª. Similiter & reliquos æquales motus tùm ☉. tùm ☽. itemq; æqualis præceſſionis, & anomaliæ æquinoctiorum colligendos eſſe ſcias. Mutabis autem hæc dodecatemoria, quando vſus aliquis poſcit, vel in ſexagenas, vel in partes circuli.

XLII. PRAECEPTVM. IN DATA MEDIA SIVE æquali luminum ſyzygia, quantus exiſtat verus curſus ☽ à medio loco ☉, vel ab eius diametro ſub dato horarum numero, ante vel poſt mediam ſyzygiam.

Duplex ratio.

Datam nunc mediam ſyzygiam vocamus, cuius non ſolùm tempus datum eſt ex præcedentibus, ſed & anomalia ☽. Duplicem igitur rationem aperiemus. Alteram egregij artificis Nicolai Copernici, cui deſeruit Canonion generale ☌ & ☍. verarum ☉ & ☽. alteri verò deſeruit duplex Canon prior & poſterior, diſtantiæ veræ ☌ vel ☍ à media ☉ & ☽.

I. Copernici.

Copernici ratio ſic tractatur. Primùm cum data anomalia ☽. æquali (quia in medijs ſyzygijs duorum luminum æqualis anomalia habetur & coęquata) ingreſſus Canonem Proſthaphæreſeon ☽ excerpe Proſthaphæreſin primi epicycli aufferendam ante ſemicirculum, addendam verò pòſt, vt ſuprà dictum eſt. Hanc interea adſeruabis: poſteà cum dato numero horarum intra Canonion, quod dixi generale excerpens tot horis reſpondentes motus, æqualem quidem longitudinis, verùm autem anomalię ☽ cum ſcrupulis proportionalibus. Hanc anomaliam veram inuentæ anomaliæ ad mediam ſyzygiam addes, ſi horæ numeratæ fuerint poſt mediam ſyzygiam, aufferas autem ſi ante eandem retrò fuerint numeratæ. Ita comparabis coæquatam ☽, anomaliam congruentem tempori, quod mediam ſyzygiam totidem horis vel antecedit vel ſequitur. Per hanc anomaliam & ſcrupula proportionalia modò excerpta venare Proſthaphæreſin primi epicycli, prorſus vt docuit 24. præceptum. Iam ſi hæc Proſthaphæreſis poſterior æqualis eſt priori. ipſe æqualis motus longitudinis exiſtit vera quoq; euectio ☽ à ☉ ſub dato horarum numero, ſed ſi fuerint inuicem inæquales, differentia earum æquali motui longitudinis vel addenda eſt, vel demenda iuxta has regulas.

Tres regulæ de Additione & Subtractione.

PRIMA. Quando vtraq; æquatio aufferenda eſt, ſiquidem poſterioris temporis æquatio maior extiterit, differentia earum æquali motui longitudinis auferetur. Sed ſic minor adijcitur.

SECVNDA Quando verò vtraq; Proſthaphæreſis primi epicycli addenda eſt, & poſterioris temporis minor fuerit, differentia earum aufferenda

aufferenda est, sed si maior, additur æquali motui longitudinis.

TERTIA. Quando æquationes ambæ primi epicycli fuerint diuersæ adfectionis seu speciei iunctæ eædem æquali motui longitudinis ☽ adduntur quidem, si posterioris temporis æquatio fuerit addenda, sed aufferuntur, si fuerit aufferenda. Iuxta has tres regulas indagabis veram ☽ euectionem à medio quidem loco ☉ in synodo, vel nouilunio medio, sed ab eius opposito in medio πανσελήνῳ, id est, plenilunio.

Subijcio nunc exempla, quæ lucem regulis nostris adferent. *Ad* syzygiam mediam plenilunij mensis Iunij anni 1555. inuenta est æqualis anomalia ☽ partium 86. scr. 54 1ª, 34 2ª. cui Prosthaphæresis primi epicycli respondet ex Canone par. 4. scr. 53 1ª, 27 2ª, Libet iam scire, quanta sit à loco, qui medio ☉ opponitur vera euectio ☽ spacio decem horarum, qui mediam hanc syzygiam proximè comitantur. Ex Canonio igitur generali 10. horis conuenit æqualis motus longitudinis par. 5. scr. 4 1ª, 46 2ª ferè. Sed verus anomaliæ par. 8. scr. 12 1ª, 24 2ª ferè, cum scrupulis proportionalibus 0 1ª, 36 2ª. Partes igitur 8 scr. 12 1ª, 24 2ª adiectæ anomaliæ partium 86. sctup. 54 1ª, 34 2ª, constituunt coæquatam anomaliam congruentem ei tempori, quod 10 horis posterius est media syzygia, partium videlicet 95. scru 6 1ª, 58 2ª. Per hanc Prosthaphæresis primi epicycli colligitur par. 4, scru. 57 1ª, 57 2ª, subtrahenda itidem vt prioris temporis æquatio part. 4. scr. 53 1ª, 27 2ª, Cum igitur posterioris temporis æquatio sit maior quàm prioris, differentia vtriusq; scr. 4 1ª, 30 2ª, ablata æquali motui longitudinis part. 5. scr. 4 1ª, 46 2ª, relinquit veram ☽ euectionem à medio ☉ part. 5. scr. 0 1ª, 16 2ª, congruentem 10. horis proximis post mediam syzygiam.

Exempla.

Similiter si velim scire in eodem exemplo euectionem veram 11. horarum post mediam syzygiam, præbet rursum Canonion è regione 11. horarum motum æqualem longitudinis part. 5. scru. 35 1ª, 15 2ª, & motum verum anomaliæ part. 9. scr. 1 1ª, 16 2ª, quæ anomaliæ æquali ad mediam syzygiam congruenti addenda sunt ideo, quia horæ hæ 11. posteriores sumuntur, sicut priùs, vt sit iam coæquata anomalia part. 95. scr. 55 1ª, 50 2ª. & scr. proportionalia 0 1ª, 43 2ª. Huic coæquatæ anomaliæ congruit πρόσθαφαίρεσις primi epicycli part. 4. scr. 58 1ª, 14 2ª, subtrahenda differens ab ea, quæ competit mediæ syzygiæ scr. 4 1ª, 47 2ª. Cum autem vtraq; earum sit aufferenda, & posterioris quidem temporis æquatio maior, ideo differentia earum ablata medio motui longitudinis 11. horarum relinquit veram ☽ euectionem ab eo loco qui medio ☉ oppositus est, partium scilicet 5. scrup. 50 1ª, 28 2ª.

Vitandæ prolixitatis causa non addo hic plura exempla, præsertim cùm posteriori ratione vti liceat, si quis scrupulus in hoc priori occurrat.

2. *Vulgaris & expedita ratio.*

Altera ratio minus est operosa. Nam cum anomalia ☽. quæ congruit tempori mediæ Syzygiæ ingressus canonem vel priorem vel posteriorem sub dato horarum numero mox accipies veram ☽ á medio loco ☉ euectionem seu digressionem, siquidem extremus limes omnino habuerit numerum tuæ anomaliæ. Sed si fortè eundem non simpliciter habuerit, cum numero qui proximè minor est, ingressus excerpe partes scrupulaq; è regione vnà cum differentia, descendente quidem, si anamaliæ partes fuerint pauciores semicirculo, ascendente verò, si plures, è qua differentia iuxta denarij analogiam (quia Canon ipse per decades proficiscitur) inuentam partem congruentem priori numero graduum & scrupulorum adiunges semper ante completum semicirculum anomaliæ, sed post semicirculum auferes. Sic enim conflabis veram Lunę euectionem á medio loco Solis, vel eius diametro sub dato horarum numero. Adde exempla, ac primò repetatur proximum, in quo erat sub mediam syzygiam æqualis anomalia Lunæ partium 86. scru. 55. ferè. Velim rursus scire, quantum Luna à loco, qui medio Solis aduersus est, vehatur spacio decem horarum, quę proximè syzygiam illam sequuntur. Ingressus ergo Canonem cum 80. gradibus tanquam numero proximè minori, offendo sub. 10. horis partes 4 scr. 55 1^a. 22 2^a, cum differentia descendente scr. 7 1^a. 9 2^a, è quibus iuxta denarij rationem pars congruens reliquis gradibus 6. scru. 55 1^a, est scrupulorum 4 1^a, 57 2^a, quàm subtilissimè inquisita secundùm doctrinam τοῦ ἐπιβάλλοντος suprá traditam in logistice. Hæc itaque congruens pars adiecta gradibus 4. scr. 55 1^a. 22 2^a, exhibet summam partium 5. scr. 0. 1^a, 19 2^a, quod à priori pauxillùm discrepat. Hæc est vera euectio ☽ ab illo loco ☉ decem quidem horis post mediam συζυγίαν, dum æqualis anomalia data est partium 86. scr. 55 1^a, sed ante mediam syzygiam totidem horis, si eadem anomalia daretur partium 273. scr. 5 1^a. Quæ vtrobiq; possunt habere vsum, vt patet in sequentibus.

EXEMPLA.

1.

2. Alterum Exemplum. Tempore medij nouilunij mensis Aprilis anni 1567. æqualis anomalia ☽ partium est 89. scr. 5 1^a, ferè. Libet scire ex priori Canone verum ☽. motum interuallo 13. horarum pòst Eum igitur ingressus cum anomalia 80. graduum sub 13. horis, excipio partes 6. scr. 24 1^a, 31 2^a, cum differentia descendente scrupulorum 9 1^a, 20 2^a, è quibus congruunt partibus 9. scr. 5 1^a, iuxta denarij rationem scrupula 8 1^a, 27 2^a, quæ adiecta partibus 6. 24 1^a, 31 2^a, colligunt veram ☽ euectionem

☽ euectionem ab eo loco ☉ congruentem 13. plenis horis post mediam syzygiam videlicet partium 6. scr. 32 1ª, 58 2ª. Quantum etiam ☽ vehitur ab eodem loco totidem horis ante mediam συζυγίαν, si anomalia æqualis extiterit part. 270 scr. 57 1ª. Vt enim in vniuersum ocioſa quæstio est de horis ante mediam syzygiam, dum anomalia maior est gradibus 32. vel minor 153. aut de horis post mediam syzygiam, quando eadem anomalia maior est partibus 207. minorq; partibus 328. ferè, ita etiam Canonem nostrum ad necessarios tantùm vsus accommodandum esse consuimus.

Similis etiam vsus est posterioris Canonis. Verùm quando conueniat ingredi vel priorem, vel posteriorem Canonem in hac πραγματεία id infrà indicabo.

XLIII. PRAECEPTVM. DE MOTV HORARIO

Lunæ vel à Sole. vel à prima stella ♈. ante vel post datas horas à media Syzygia data.

HORARI. VS ☽ à ☉.

In vtroq; Canone distantię ☌ vel ☍ veræ à media adscriptus est motus horarius ☽ à medio loco ☉ tanquam lateralis differentia. Rursum igitur, vt in præcedenti præcepto cum anomalia æquali, quæ congruit mediæ syzygiæ ingressus canonem vel priorem vel posteriorem, (id quod posteà diserte monebimus) excerpe motum horarium subdato numero horarum, & venare, si opus est, partem congruentem addendam vel subtrahendam, prout anomalia vel descendit, vel ascendit in extremo limite, prorsus vt in præcedenti præcepto factum est. Verùm ne quid ambigui relinquatur, accipe exemplum vnum atq; alterũ.

In priori igitur duorum præcedentium exemplorum cùm anomalia sit partium 86. scr. 55 1ª ferè, primùm 80 gradibus sub horis 10. respondet motus horarius ☽ scr. 29 1ª. 41 2ª, sed 90. gradibus scru. 30 1ª, 26 2ª. Differentia igitur congruens 10. gradibus cùm sit scrupulorum 45 1ª, erit pars congruens 7. ferè gradibus scrupulorum 31 2ª, quæ adiecta scrupulis 29 1ª, 41 2ª, (quia motus horarius per totum hunc priorem semicirculum anomaliæ accrescit.) efficiunt verum horarium ☽ à medio ☉ scr. 30 1ª. 12 2ª. Huic si adiunxeris æqualem horarium ☉ scr. 2 1ª, 28 2ª, habebis verum horarium à prima stella ♈ ad datum momentum temporis scr. 32 1ª, 40 2ª,

In posteriori autem exemplo anomalia itidem est partium 89. scr 3. ferè Queratur motus horarius 13. horis post mediam syzygiam elapsis. Ex canone igitur priori sub 13. horis respondet gradibus 80. quidem æqualis anomaliæ motus ☽ horarius scrupulorum 29 1ª, 46 2ª, sed 90 gradibus scrupulorum 30 1ª, 29 2ª, vt sit differentia congruens 10 anomalię gradibus scrupulorum 43. vnde congruunt 9. partibus

scrupula 39 2ª, ferè, quæ adiecta scrupulis 29 1ª. 46 2ª, constituunt sub hoc momentum temporis & loci ☽ verum eius horarium, à medio quidem ☉ scrupulorum 10 1ª, 25 2ª, sed additis rursum scrupulis 2 1ª, 28 2ª. à prima stella ♈ scrupulorum 32 1ª, 53 2ª.

Hoc præceptum magno nobis vsui erit in sequenti πραγματεία verorum nouiluniorum & pleniluniorum, præsertim Eclipticorum, quoniam ☽ motus non constat sibi, verùm in singulas horas mutatur, plurimum quidem circa apogeon primi Epicycli decrescens, & circa perigeon eiusdem accrescens, minimum verò circa medias eiusdem Epicycli longitudines.

XLIIII. PRAECEPTVM. DATVM ZODIACI ARcum siue ante, siue post mediam syzygiam luminum datam quanto temporis spacio Luna verè à medio loco ☉ pertranseat.

Datam mediam syzygiam intelligo vt hactenus, in qua præter tempus anomaliæ quoq; lunaris motus offertur, vel ex tempore ipso inuentus est iuxta 41. præceptum. Datum verò Zodiaci arcum, cuius longitudo numero partium disertè exprimitur. Cùm autem ☽ æqualis motus diurnus à ☉ sit 12. partium patet binis eam horis vnum ferè gradum Zodiaci peruagari, sic vt duplum dati numeri partium Zodiaci vtcunq; hoc ipsum tempus commonstret, quo Luna datas Zodiaci partes cursu suo expediat.

Verùm vt quæsitum tempus non obiter tantùm, sed subtili ratione definiatur, inuenias. Primùm per 42. præceptum, quantus existat verus ☽ cursus sub hoc æstimato vel adsumpto horarum numero à medio loco ☉. Quod si hic inuentus arcus cursus Lunæ æquauerit se dato arcui Zodiaci, ipsum adsumptum tempus tenendum erit pro vero. Si autem fuerit inæqualis, datum arcum multiplicatum per numerum horarum adsumpti temporis diuide per partes arcus modo inuenti. Sic enim exibit verum tempus, quo Luna datum Zodiaci arcum veré percurrit. Verùm exempla addi solent rebus obscurioribus.

Esto igitur in media syzygia plenilunij mensis Iunij anni 1555. propositum inuenire, quanto tempore ☽ à medio loco ☉ verè conficiat partes Zodiaci 5. scrupulàq; 23 1ª, 20 2ª, nempe post mediam syzygiam. Ac quia constat id fieri horis 10. ideo iuxta priorem vel posteriorem rationem traditam in 42. præcepto inuenio quod horis 10 post mediam syzygiam Luna verè emetiatur à medio loco ☉ partes signiferi 5 scrup. 1ª, 16 2ª, anomalia eius existente partium 86. scr. 55 1ª. Nam hoc datum prærequiritur, vt dixi. Reliquum huius calculi expeditur secundum doctrinam partis proportionalis adhibita multiplicatione

plicatione primùm, posteà diuisione. Itaq; cum Luna partes 5. scrup 01ª, 162ª, perambulet vero cursu à medio loco ☉ horis 10. manifestum est ex doctrina proportionum, quòd partes 5. scr. 23 1ª, 20 2ª, perambulet horis 10. scr. 46 1ª. 20 2ª ferè. Poteris etiam hac forma vti. Distributis partibus 5. scr. 0 1ª, 16 2ª, in decem, exit motus ☽ horarius scrupulorum 30. ª, 22ª. In hunc si rursum diuidas partes 5. *Alia forma.* scr. 23 1ª, 20 2ª, dati arcus Zodiaci, inuenies horas 10 scrupula 45 1ª, 57 2ª ferè, vt priùs.

Verùm quia ☽ motus horarius non est sui similis, sed mutabilis in horas, sequentem rationem magis fortasse probabunt ij, quibus volupe est, numerorum, vt ita dicam summam veritatem exquirere. Nam post adsumptas illas horas vnà inuentus ☽ motus horarius iuxta antecedens præceptum, paulò propiùs collimabit. Verùm hanc quoq; formam exemplo penitùs addisces. Sit ergo propositum sub mediam nouilunij syzygiam, quod in mensem Aprilem incidit anni 1567. invenire, quanto tempore post mediam syzygiam ☽ á medio ☉ verè conficiat datum Zodiaci arcum, partium scilicet 6. scr. 39 1ª, 29 2ª. Est autem anomalia æqualis ☽ sub ipsam mediam syzygiam part. 89. scr. 3 1ª ferè. Ideo iuxta doctrinam præcepti 42. vera euectio ☽ á ☉ interuallo horarum 13. post mediam syzygiam est partium 6, scr. 32 1ª, 58 2ª, siue priorem rationem sequaris, siue posteriorem. Et similiter 13. horis pòst colligitur iuxta doctrinam præcepti antecedentis motus ☽ horarius scrupulorum 30 1ª, 25 2ª, à medio loco ☉. Et quoniam vera euectio ☽ à ☉ minor est, quàm datus arcus Zodiaci scrupulis 6 1ª, 31 2ª. manifestum est, quòd ☽ eundem datum arcum tardiùs emetiatur quàm horis 13. Ideo differentia illa scrupulorum 6 1ª, 31 2ª, diuisa in motum horarium ostendit 13, horis adhuc adijcienda esse horæ vnius scrupula 12 1ª, 52 2ª ferè.

Monstraui huius inuestigationis seu calculi præcipuas formas ac regulares, quibus probè cognitis poterit interdum sagax logista nonnullis vti compendijs. quæ nunc omitto properans ad sequentia, in quibus antecedentium præceptorum vtilitas conspicietur.

XLV. PRAECEPTVM. VTRVM TEMPVS VERAE luminum syzygiæ posterius sit, vel priùs tempore datæ syzygiæ mediæ.

Non dubium est, quin quoties verus ☽ locus præcedit verum ☉ sub mediam syzygiam, veræ syzygiæ tempus posterius sit tempore mediæ syzygiæ, è contra verò, quoties sub eandem mediam syzygiam verus Lunæ sequitur verum Solis, tempus veræ syzygiæ prius est tempore syzygiæ mediæ. Præcedere autem stella Astronomica consuetu-

dine intelligitur ea, quæ vel ab æquinoctio vel â prima ſtella ♈. vel ab alio quopiam principio in conſequentia minus diſtat, quàm altera, cui comparatur, vt ſi Sol verſetur in 8 parte ♋. Luna in prima Parte ♋. dicitur Luna præcedere Solem. & viciſſim Sol ſequi Lunam.

Iam vt cognoſcas, vtrum lumen ſub ipſam datam mediam ſyzygiam præcedat alterum, per coæquatam anomaliam ☉ & ſimplicem anomaliã, æquinoctiorũ exquire Proſthaphæreſin orbis ☉ abſolutã. Similiter per anomaliam ☽ .æqualem exquire προσθαφαίρεσιν primi Epicycli Lunæ. Dato enim tempore mediæ ſyzygiæ, ſimul etiam has quas dixi anomalias dari è ſuperioribus præceptis manifeſtum eſt. His ergo æquationibus ambabus ritè inuentis, pronunciabis iuxta ſequentes regulas vtrum lumen præcedat, vel ſequatur.

Tres regulæ.

PRIMA. Quando vtraq; Proſthaphæreſis, ☉ inquam, & ☽, fuerit adiectiua, præcedit id lumen, cuius eſt minor adiectiua tantùm, quanta eſt ipſarum Proſthaphæreſeon differentia.

SECVNDA. Quando vtraq; Proſthaphæreſis eſt ablatiua, præcedit lumen cuius eſt maior ablatiua, tantùm, quanta eſt ambarum differentia.

TERTIA. Quando verò Proſthaphæreſes non ſunt eiuſdem ſpeciei, ſed altera earum adiectiua, altera autem ablatiua, præcedit id lumen, cuius æquatio eſt ablatiua, tantùm quanta eſt ſumma vtriuſq; Proſthaphæreſeos.

Exempla mox ſequentur.

XLVI. PRAECEPTVM. DE INTERVALLO TEMporis quod intercedit inter datam mediam ſyzygiam & veram eiuſdem mediæ. Et de tempore veræ ſyzygiæ.

Συζυγία ἀληθὴς.

In hoc præcepto & ſequentibus adparet vſus multorum antecedentium quæ hîc ſummatim repetuntur. Regulæ autem traditæ in præcedenti præcepto ſatis perſpicuè docent, quanto arcu Zodiaci diſtent inuicem duo lumina ſub ipſam datam mediam ſyzygiam, & vtrum lumen præcedat alterum, deniq; quanto tempus veræ ſyzygiæ prius ſit, vel poſterius tempore ſyzygiæ mediæ. Quanto igitur ſpacio temporis ☽ datum Zodiaci arcum verè emetiatur à medio loco ☉, ſiue antè, ſiue pòſt hanc mediam datam ſyzygiam, ſcies adminiculo 44. præcepti.

Quando vtendum ſit priori vel poſteriori Canone diſtantiæ

Verùm quod hactenus diſtulimus, nunc dicendum, eſt devſu Canonis vtriuſq; diſtantiæ veræ ☌ vel ☍ à media, dum ſequimur poſteriorem duarum rationum, quæ ſuprà præcepto 42. traditæ ſunt. Accuratè igitur meminerit logiſta, quod in hac πραγματείᾳ vtendum ſit priori

priori canone tunc, quando prosthaphæreses ☉ & ☽ fuerint diuersæ *tiæ veræ &* specici, vel ambæ quidem eiusdem speciei, maior autem prosthaphæ- *vel & ☽ à me-*
resis ☽. Posteriori autem Canone, quando rursum fuerint eiusdem *dia.*
speciei, maior autem prosthaphæresis ☉. Voco autem eiusdem speci-
ei, cum vtraq; est vel adiectiua, vel ablatiua: diuersæ verò, cum altera
earum adiectiua, altera verò ablatiua. Ad hunc igitur modum habe-
bis interuallum temporis, quod inter datam mediam syzygiam & ve-
ram eiusdem mediæ intercedit. Quæ vt dextrè intelligantur accom-
modemus ad vtrunq; eorum exemplorum quibus hactenus vsi sumus.

Primum exemplum, Datæ mediæ syzygiæ plenilunij mensis Iunij anni 1555. tempus suprà inuentum est 5. dies, horæ 17. scr. 1 1^a, 38 2^a, sub Meridiano Regijmontis Borussiæ. Itaq; anomalia simplex est sex. 2. part. 49. scr. 44 1^a, 32 2^a, ac propterea prosthaphæresis centri ☉. partium 1. scr. 30 1^a, 10 2^a, addenda, & inde coæquata ☉ anomalia sex. 5. part. 45. scr. 50 1^a, 7 2^a, cum scrupulis proportionalibus 0 1^a, 33 2^a, Vnde existit prosthaphæresis orbis absoluta partis 0. scr. 29 1^a, 58 2^a, adiectiua. Similiter per anomaliam ☽ æqualem sex. 1. parr. 26. scr. 53 1^a, 34 2^a, colligitur προσαφαίρεσις primi epicycli partium 4. scr. 53 1^a, 30 2^a, ablatiua. Et quoniam prosthaphæreses non sunt eiusdem speciei, & ablatiua quidem ☽ ideo sub ipsam mediam syzygiam per 5. regulam præcepti antecedentis ☽ præcedit vel anterior est ☉. & distantiam ipsorum mutuam ostendunt iunctæ prosthaphæreses ☉ & ☽, quæ simul sunt partes 5. scr. 23 1^a. 28 2^a. Et quoniam tempus veri congressus horum luminum posterius est tempore mediæ syzygiæ, colligo per 44. præceptum, quòd ☽ hunc arcum partium 5. scr. 23 1^a, 28 2^a. perambulet à medio locò ☉ hori. 10. scrupulisq; 45 1^a, 40 2ª ferè. Tantùm igitur est temporis interuallum inter datam hanc mediam & veram eiusdem syzygiam, quod adiectum tempori mediæ syzygiæ dierum 5. horarum 17. scr. 1 1^a, 38 2^a, ostendit verum illud plenilunium mensis Iunij fieri plenis dieb. 4. horisq; 5. scr. 47 1^a, 18 2^a, ferè, vt à media nocte, quæ diem Iunij quintum antecedit.

Alterum exemplum. Similiter medij nouilunij mensis Aprilis anni 1567. trmpus est dierum 7. horarum 22. scru. 35 1^a, 24 2^a & anomalia simplex sex. 2. part. 50. scru. 59 1^a, 6 2^a, & inde tum coæquata anomalia ☉ sex. 1. part. 47. scr. 32 1^a. 40 2^a, tum sctupula proportionalia 0 1^a, 25 2^a, per quæ tandem habetur absoluta prosthaphæresis orbis ☉ partium 1. scr. 44 1^a, 42 2^a, adiectiua. Similiter per anomaliam ☽ æqualem sexa. 1. part. 29. scr. 3 1^a, 19 2^a, excerpitur æquatio primi epycycli ☽ part. 4. scr. 54 1^a, 46 2^a, 37 3^a, ablatiua cumq; Solis sit diuersæ speciei, nempe adiectiua, manifestum est veri nouilunij tempus

posterius esse tempore mediæ syzygiæ Iunctæ igitur prosthaphæreses ☉ & ☽ ostendunt distantiam, qua Luna est anterior Sole, partium videlicet 6. scr. 59 1ª, 29 2ª. Has partes & scr. ☽. peragrat post mediam syzygiam horis 13. scr. 12 1ª, 48 2ª ferè, iuxta doctrinam præcepti 44. Tantum scilicet interuallum temporis inter mediam & veram syzygiam nouilunij mensis huius interiectum est: cunq; verus congressus luminum sit posterior medio addito hoc interuallo ad tempus mediæ syzygiæ, existit tempus veræ synodi plenis diebus Aprilis 8. horis 11, scr. 48 1ª, 12 2ª, quod est circa meridiem diei 9. Aprilis. Hæc omnia sub Meridiano Regijmontis Borussiæ.

Maximum interuallum mediæ & veræ syzygiæ. ☉ & ☽.

Cæterùm quia maximum interuallum inter mediam & veram syzygiam, nunquam implet horas 15. ideo Canon distantiæ veræ ☌ vel ☍ à media terminantur in 15. horas, nec vltrà progreditur.

XLVII PRAECEPTVM. QVOMODO EXPLORETUR, VTRUM TEMPUS VERÆ SYZYGIÆ RECTÈ CONSTITUTUM SIT NEC NE, & DE CALCULO VERORUM MOTUUM ☉ & ☽ & LATITUDINIS ☽.

περὶ τῆς δοκιμασίας τοῦ χρόνου.

Suprà in præcepto 41 ostendimus, quomodo cum tempore mediæ syzygiæ inuestigandæ simul colligendi sint sine magno labore hi æquales motus, videlicet, præcessionis æquinoctiorum, anomaliæ simplicis, simplicis ☉, annuæ anomaliæ ☉, anomaliæ ☽, deniq; latitudinis ☽. Iam vt ijdem rectè accommodentur ad tempus veræ syzygiæ, excerpe ex æqualium motuum Canonibus eorundem generum, quæ recitaui, motus, ac præterea etiam æqualis longitudinis ☽ à ☉ particulas congruentes interuallo temporis, quo differunt vera & media syzygia, & vbi singulorum generum particulas coaceruaueris in vnam summam, seruato discrimine specierum has summas adde vnamquanq; sui generis motui, siquidem veræ syzygiæ tempus fuerit posterius, quàm mediæ alioqui aufer inuicem. Ita enim vel coaceruabis vel relinques æquales motus horum generum ad veræ syzygiæ tempus. Verùm æqualis præcessionis & anomaliæ simplicis, quemadmodum & prosthaphæresis centri ☉ cum scrupulis proportionalibus in tantillo spacio temporis non desiderant hanc correctionem.

Per coæquatam igitur anomaliam ☉ & scrupula proportionum comparabis prosthaphæresin orbis ☉ absolutam. Similiter per coæquatam anomaliam æquationem primi epicycli venaberis. Quibus additis inuicem si diuersæ, vel ablatis, si fuerint eiusdem speciei, summa vel differentia debet esse æqualis medio motui longitudinis, si iustam in toto hoc cursu calculi diligentiam adhibuisti. Sed si fuerit inæqualis & quidem differentia maior vno atq; altero scrupulo primo, vitiosus est calculus, & propterea iterandus. Quod ne opus esse aliquando

quando accidat, in tua diligentia ſitum eſt, quam vt præſtare queas, vſum horum præceptorum mediocriter tibi familiarem eſſe oportet.

Verùm priùs exemplum propono, poſteá additurus reliqua. Medium igitur plenilunium menſis Iunij 1555. prius eſt vero plenilunio horis 10. ſcrup. 45 1ª, 40 2ª ferè, quibus de æquali motu ſimplici ☉ competunt ex canone ſcru. 26 1ª. 30 2ª, adijciendi æquali motui, qui congruit mediæ huic ſyzygiæ ſex. 0 partium 54. ſcru. 13 1ª, 25 2ª, vt ſit æqualis ☉ ſimplex ſex. 0. part. 54. ſcr 37 1ª, 55 2ª, congruens veræ ſyzygiæ, ad quam congruunt etiam anomalia æqualis ☉ ſex. 5. part. 42. ſcr. 46 1ª, 38 2ª. & longitudinis ☽ à loco diametro ☉ partium 5. ſcr. 27 1ª, 57 2ª, & anomaliæ æqualis ☽ ſex 1. partium 32. ſcr. 46 1ª, 32ª, deniq; latitudinis ☽ ſex 1. partium 34. ſcrup. 42 1ª 252ª. Per coæquatam igitur ☉ anomaliam ſex. 5. partium 44. ſcr. 16 1ª, 47 2ª, excerpitur poſthaphæreſis orbis ☉ abſoluta ſcr. 29 1ª, 9 2ª, adiectiua. Similiter per coæquatam ☽ anomaliam ſex 1. part. 35. ſcru. 44 1ª, 11 2ª, & ſcrupula proportionalia 0 1ª, 42 2ª, excerpitur proſthaphæreſis primi Epicycli abſoluta part. 4. ſcr. 58 1ª, 11 2ª ablatiua, quæ addita proſthaphæreſi ☉ conflat partes 5. ſcr. 27 1ª, 20 2ª, quæ paucis ſecundis abſunt à medio motu longitudinis Lunæ. Hac igitur δοκιμασίᾳ conſtat iam tempus veræ ſyzygiæ ſatis emendatè ac ſcrupuloſè à nobis inuentum eſſe.

Plenilunium menſis Iunij anni 1555.

Porrò iam abſoluas tum vera loca vtriuſq; luminis ab adparenti æquinoctio, & verum latitudinis ☽ motum; à Boreo ſcilicet limite. Vt verus ☉ à prima ſtella ♈ eſt ſex. 0 part. 55. ſcr. 9 1ª, 4 2ª. & quia præceſſio vera æquinoctij eſt partium 27. ſcr 38 1ª, 51 2ª, ideo verus ☉ ab adparenti æquinoctio eſt ſex. 1. part. 22. ſcr. 47 1ª, 55 2ª, ſimiliter verus ☽ eſt partium 0. ſcr. 29 1ª, 46 2ª, vt à loco, qui medio ☉ adverſus eſt, diſtans iam ab adparenti æquinoctio ſexagenis 4. part. 22. ſcr. 18 1ª, 46 2ª. Vnde verus ☽ abeſt ab eodem æquinoctio ſex. 4. partibus 22. ſcr. 48 1ª, 32 2ª.

Præterijt igitur verus ☽ oppoſitum verum ☉ ſcrupulis 37 2ª, quæ duplicata & ablata ex tempore veræ ſyzygiæ priùs inuento relinquunt eiuſdem tempus quàm correctiſs. Tenenda eſt enim regula quando ☽ motus ſuperat locum ☽ vel eius diametrum, quia præterijt vera ſyzygia, exceſſus duplicatus aufferendus eſt priùs inuento tempori, alioqui addendus, ſi exceſſus fuerit ☉.

Poſtremò verus latitud motus eſt ſex. 1. partium 29. ſc. 44 1ª, 14 2ª.

Nouilunium menſis Aprilis anni 1567.

Similiter in altero exemplo nouilunij Aprilis anni 1567. erat interuallum temporis veræ & mediæ, ſyzygiæ interiectum, horarum 13. ſcr. 12 1ª, 50 2ª ferè, quibus congruit æqualis motus longitudinis ☽ à ☉

partium 6. scr. 42 1ª, 43 2ª, Per coæquatam verò ☉ anomaliam sex. 4. partium 48. scr. 5 1ª, 14 2ª, colligitur prosthaphæresis orbis absoluta part. 1. scr. 44 1ª, 21 2ª, adiectiua, similiter per coæquatam ☽ anomaliam sex. 1. part. 39. scr. 42 1ª, 31 1ª 2, prosthaphæresis primi Epicycli partium. 4. scr. 58 1ª, 2 2ª, iunctæ igitur prosthaphæreses faciunt partes 6. scr. 42 1ª. 23 2ª, videlicet totidem ferè, quot habet æqualis motus longitudinis ☽ à ☉. Verus item motus ☉ ab apparenti æquinoctio est partium 28. scr. 14 1ª, 22 2ª. Verus autem ☽ ab eodem æquinoctio part. 28. scr. 14 1ª, 41 2ª. Transgressa igitur est Luna verum locum ☉ scrupulis 19 2ª, quæ duplicata aufferenda sunt ex tempore veræ syzygiæ priùs inuento. Postremò verus motus latitudinis ☽ est sex. 1. part. 24. scr. 19 1ª, 28 2ª.

XLVIII. PRAECEPTVM. DE TEMPORE CALCVli veræ syzygiæ commutando in tempus adparens.

πρὶ πρόσθα φαιρέσεως τῶν ὡριαίων χρόνων.

Quemadmodum Canones Astronomici vtuntur tùm æquali tempore, tùm motibus æqualibus, vt inde exhibeant consentanea obseruationibus, & apparentijs motuum inæqualium, ita etiam hæc tempora syzygiarum à canonibus suppeditata æqualia sunt, ac per se non congruunt adparentiæ, quam constat sui esse dissimilem. Etsi autem suprà de æquatione τῶν νυχθημέρων satis prolixè disputatum est in primo præcepto summam tamen primæ illius eruditæ rationis breuiter nunc denuò repetere, atq; exemplis harum duarum syzygiarum illustrare non incommodum est.

Collatis igitur inuicem ambabus differentijs, rectarum inquam ascensionum. ac æqualium motuum compositorum, si excessus fuerit æqualium motuum, ipse dato tempori veræ syzygiæ adponatur: sed si fuerit rectarum ascensionum, aufferatur. Hoc nimirùm artificio tempus calculi æquale exæquabitur adparentiæ inæquali. Est autem æqualis motus ☉ compositus ad initium annorum CHRISTI part. 278. scr. 2 1ª, 16 2ª, & veri loci ☉ ascensio recta temporum 279. scr. 55 1ª, 55 2ª, vt supra inter Epochas æqualium motuum annotauimus. Porro calculum duarum syzygiarum, quas hactenus singulis præceptis adhibuimus, ab Epocha æqualium motuum Christi deduximus.

De priori exemplo plenilunij mensis Iunij anni 1555.

Sub huius veram syzygiam æqualis motus ☉ compositus est partium 81. scr. 53 1ª, 46 2ª. Veri autem loci ☉ vt ab adparenti æquinoctio recta ascensio est temporum 82. scr. 9 1ª, 25 2ª, Ablatis ergo ijs, quæ sunt prioris temporis χρ͂ν, ab ijs, quæ sunt posterioris, vt syzygiæ, erit differentia æqualium quidem motuum compositorum part. 163. scr. 51 1ª,

51 1ª, 50 2ª. Partium verò temporalium 162, scr. 13 1ª, 52 2ª. Differentia ergo æqualium motuum excedit differentiam ascensionum temporе vno, ac scr. 57 1ª. 38 2ª, quibus ex canone conuersionis temporum Aequinoctialis respondent scrupula 6 1ª, 31 2ª, horæ vnius. Hæc est dierum æquatio tempori veræ syzygiæ priùs inuento adiungenda, eò quòd excessus est æqualium motuum. Erit igitur huius veri plenilunij tempus adparens diebus iam plenis quatuor, horis 3. scr. 53 1ª. 49 2ª. ab initio mensis Iunij sub Meridiano Regij montis Borussiæ. Vnde hoc tempus transferetur ad alia loca adminiculo Canonis Regionum.

Subijcio & alterum exemplum nouilunij mensis Aprilis anni 1567. ac ne pluribus verbis opus sit, calculum ipsum pono ob oculos.

	Compositorum æqualium partes	/	//	Ascens. Rect. tempora	/	//
χρῦ.	278	2	16	279	55	33
συζυγ.	26	7	55	26	13	40
Differentiæ	103	5	39	106	18	7

Σύγκρισις seu collatio Differentiarum.

	par.	/	//
Aequalium mot.	103	5	39
Asc. Rect.	106	18	7
Excessus	′	″	1 47 32 æqualium

Id est, scrupula 7. 10. vnius horæ addenda tempori priùs inuento.

Ideo tempus nouilunij adparens sub Meridiano Regij montis est expletis diebus 8 horis 11. scr. 55 1ª, 12 2ª, mensis Aprilis.

XLIX. PRAECEPTVM. DE ADPARENTIBVS SEmidiametris duorum luminum ☉ & ☽, & de semidiametro vmbræ.

Vt primùm dicatur de adparente ☉ Semidiametro, habeas in promptu ad datum quodcunq; tempus anomaliam ☉ coæquatam. Deinde ex præcepti 17. doctrina habeas exploratum, quanta sit ☉ eccentrotes, minima dico, an media, vel maxima, vel cui harum propior. Posteà intra Canonem semidiametrorum cum anomalia ☉ coæquata, & excerpe adscriptam sub conuenienti titulo semidiametrum ☉ adparentem adhibita correctione, si opus fuerit. Vt in vera synodo mensis Aprilis anni Christi 1567. coæquata anomalia ☉ est partium 288. ferè. Huic sub minima Eccentrotete huius seculi respondet semidiameter ☉ adparens scr. 16 1ª, 9 2ª,

Ad eundem modum, cum coæquata anomalia ☽ nouæ & plenæ excerpes & semidiametrum ☽ adparentem, & semidiametrum vmbræ in

loco transitus ☽, vbi rursum canonis quoq; indicio obseruanda est ☉ Eccentrotes: vt in plenilunio mensis Iunij anni 1555. coæquata anomalia ☽ partium est 95 1ª, 44 2ª ferè, cum qua ingredienti eundem offertur ☽ semidiameter scr. 16 1ª, 23 2ª. Similiter in alterea parte Canonis semidiameter vmbræ scrupulorum 44 1ª, 38 2ª, vt in minima ☉ eccentrotete.

Variatio vmbræ.

Verùm quia motus ☉ in eccentrico orbe subinde variet terrenæ vmbræ tùm longitudinem tùm profunditatem, cui ☽ in déliquijs suis immergitur, Canon autem suppeditet tantùm semidiametros eius vmbræ quam iactat terra Soli apogeo opposita, ideo per eandem ☉ coæquatam anomaliam simul ex Canone excerpitur variatio vmbræ semper aufferenda. siquidem Sole apogeo terra vmbram proijcit omnium maximam. Vt in dicto plenilunio existit anomalia ☉ coæquata partium 344. ferè, cum qua ingredienti offertur variatio vmbræ scrupuli tantum 1 2ª subtrahenda. Aequata igitur semidiameter vmbræ congruens proximè inuentæ semidiametro Lunari valet scrupulis 44 1ª, 39 2ª vnius videlicet partis trecentesimæ ac sexagesimæ totius circuli.

L. PRAEGEPTVM. QVAE PLENILVNIA sint Ecliptica.

περὶ τῆς ἐκλείψεως σεληνιακῆς.

Hactenus communia diximus defectuum tàm ☉. quàm Lunæ. Deinceps persequemur primùm ea. quæ ad Lunæ deliquia propriè pertinent, quibus absolutis redibimus ad ea, quæ propriè sunt eclipsium solarium, & tandem rationem describendi typos earum aperiemus. Inde reuertendum nobis erit ad quinq; errantes.

Ptolomæi. κριτήριον.

Tradit autem Ptolemeus hoc argumentum ecliptici plenilunij, si sub ipsam mediam syzygiam inter æqualem ☾ locum & alterutrum nodorum obliqui circuli lunaris interiectum fuerit spacium minus gradibus 15. cum quinta parte vnius, siue in priora numeres, siue in posteriora. Vt quia sub mediam syzygiam plenilunij mensis Iunij anni 1555. medius motus latitudinis ☽ est part. 88. scr. 46 1ª, 51 2ª, manifestum Lunam admodum vicinam esse nodo deuehenti, ac præcedere tantùm parte 1. & scr. 13 1ª, 29 2ª. Pronunciabis ergo ex Ptolemæi sententia illud plenilunium fore Eclipticum.

Aliud. κριτήριον.

Verùm licet & hoc propriè argumento vti. Quando sub ipsam veram plenilunij syzygiam latitudo vera Lunæ minor fuerit summa semidiametrorum ipsius & vmbræ, subibit Eclipsin: alioqui expers erit huius iacturæ. Vt in eodem vero plenilunio deprehendimus per motum verum latitudinis part. 89. scr. 44 1ª, 14 2ª, veram Lunæ latitudinem boream partis 0. scr. 11ª, 222ª, tantùm iuxta doctrinam præcepit

pit 29. At per præcedens præceptum ſemidiameter ☽, adparens inuenta eſt ſcr. 16 1ª, 23 2ª, Vmbræ verò ſcr. 44 1ª, 37 2ª vt faciat ſumma vtriuſq; ſcrupula 61 1ª. 0 2ª, non dubium igitur eſt, quin hoc plenilunium futurum ſit Eclipticum, ita vt luminis ſui, quod haurit ex Sole. iacturam in diametro ipſius poſita factura ſit Luna.

LI. PRAECEPTVM. QVANTVS SIT FVTVRVS defectus ☽ vel de digitis Eclipticis.

περὶ τῶν δακτύλων ἐκλειπτικῶν.

Magnitudo defectus Solaris & Lunaris dupliciter conſiderari ſolet, nempe vel ſecundum ſuperficiem corporis ſphæricij, vel ipſius diametrum. Quomodo autem deprehendatur pars ſuperficiei vel tecta, vel obſcurata, conſulatur Ptolemæi μεγάλη σύνταξις, aut commentarij noſtri ſeu aliorum. Facilior eſt ratio atq; expeditior, quæ defectus magnitudinem iudicat ex diametri partibus, quas & digitos vocant artifices, & 12. ei tribuunt, propterea quod adparens tùm Solis tùm Lunæ diameter tres circiter palmas æquare videatur.

Habeas igitur ex præcedentibus, & ſcrupula veræ latitudinis Lunæ & ſemidiametros vmbræ ac Lunæ adparentes. Erit igitur & ſumma vtriuſq; ſemidiametri nota, & ablatis inde ſcrupulis latitudinis ☽. nota ſimiliter erunt ſcrupula reliqua de ſumma vtriuſq; ſemidiametri. Cum his igitur reliquis ſcrupulis & tota ☽. diametro adparente ingredere canonem digitorum eclipticorũ vſitato more, ſic vt accipias diametrum adparentem in limite ſiniſtro, reliqua verò ſcrupula ſummæ ſemidiametrorum in capite canonis ſiue linea tranſuerſa ac ſi res ita poſtulat, bis ingreditor, & excerpta aggregato inuicem. Sic enim venaberis digitos eclipticos quos vulgus adpellat puncta ſatis impropriè.

Repeto exemplum dicti plenilunij, in quo Lunæ vera latitudo inuenta eſt ſcr. 1 1ª. 22 2ª & ſemidiameter ☾ adparens ſcr. 16 1ª, 23 2ª, vmbræ verò ſcr 44 1ª, 27 2ª, vt ſit ſumma vtriuſq; ſemidiametri ſcr. 61 1ª, 0 2ª, Reliquum igitur de hac ſumma eſt ſcr. 59 1ª, 38 2ª, & tota diameter ☾. adparens ſcrupulorum 32 1ª, 46 2ª. Ingreſſus ergo primò canonem ſub ſcrupulis 50. video ſcrupulis 22 1ª, 46 2ª, ſiniſtri margiris conuenire digitos 18. ſcr 17. facta nimirùm emendatione. Inde ſimiliter ingreſſus cum reliquis ſcr. 9 1ª, 38 2ª, excerpo conuenienter digitos 3. ſcr. 30 1ª ferè. Quæ inuicem coagmentata efficiunt digitos 21. ſcr. 49 1ª ferè, qualium videlicet digitorum tota ☾, diameter adſumitur duodecim. Vnde manifeſtum eſt, Lunam in hoc plenilunio peni- *Quando plus* tùs immergi in vmbram, nec ſubitò rurſum eluctari, ſed aliquantiſper *res digiti ob-* immorari, ac ſatis tardè recuperare lumen, vt mox patebit, quia cùm *ſcrupulorum* exigua ſit eius latitudo, tranſit ferè per ipſam diametrum vmbræ, perinde *quàm* 12. vt planum orbis ſolaris.

LII. Præce-

incidentiæ vel moræ dimidiæ:

περὶ χρόνου ἐξήκοντα ἐμπτώσεως.

Scrupula incidentiæ seu, vt Græci vocant, ἐμπτώσεως, sunt, quæ ☽ à ☉ peragrat ab initio defectus ad medium quidem eius in partiali, vel totali sine mora, sed ad initium totalis obscurationis in totali defectu, cui mora accidit Scrupula repletionis, ἀναπληρώσεως similiter numerantur vel à medio totius deliquij, vel ab initio emersionis ☽ ad finem eclipsis.

ἑξήκοντα ἡμίσους τῆς μονῆς.

Scrupula moræ dimidiæ ἡμίσους τῆς μονῆς, sunt ea, quæ à Sole percurrit Luna ab initio totius immersionis ad medium tempus eclipsis, quod quidem à vero plenilunio seu diametro ☉ non differt ad sensum, perinde vt & repletionis ac incidentiæ scrupula propemodum sunt inuicem æqualia, sicut hæc à Ptolemæo & in aliorum Astronomicis commentarijs explicantur vberiùs.

Diuisio eclipsium Lunarium.

Pars tantùm Lunaris corporis ingruens im vmbram terræ obscuratur, cùm digiti Ecliptici fuerint pauciores 12. Tota deficit Luna sed sine mora, cum digiti omninò fuerint 12. Sed si plures, quàm 12 tota deficit cum mora, quæ eò producitur longiùs, quò plures fuerint digiti supra duodecim.

PRAECEPTVM.

In Eclipsi igitur Lunæ partiali, vel totali sine mora sola incidentiæ scrupula exquiruntur, sed in totali Eclipsi, cui mora accedit, primùm scrupula incidentiæ & moræ simul ac summatim ex posteriori Canone excerpuntur cui titulum fecimus: Canon scrupulorum incidentiæ & moræ dimidiatæ simul in defectu ☽, Deinde sola scrupula moræ dimidiæ ex priori Canone similiter. Hæc scrupula moræ deducta ex priori summa scrupulorum incidentiæ & moræ dimidiæ, relinquunt sola scrupula incidentiæ.

DATA Huius præcepti.

Ad harum igitur rerum inuestigationem data hæc tria esse oportet, scrupula veræ latitudinis, summam semidiametrorum vmbræ & ☽, deniq; differentiam earundem semidiametrorum.

Vsus posterioris canonis scrupulorum incidentiæ.

Ex posteriori igitur Canone, vt dixi, excerpes scrupula incidentiæ & moræ dimidiatæ in vnam summam interea coagmentata, ingressus vel semel vel iterum cum scrupulis veræ latitudinis ☽ & summa semidiametrorum. Ac in emendandis numers ijs, qui excerpuntur, observabit logista, quomodo Canon adsurgat, per singulà ne scrupula, an verò per bina ternáue, vt partem congruentem ritè accipiat. Vt in eodem exemplo, quia latitudo ☽ est scr. 1 1ª, 22 2ª, & summa semidiametrorum 61 1ª, 0 2ª, colliguntur scrupula incidentiæ & moræ dimidiæ summatim 60 1ª, 57 2ª, acceptis nimirùm scrupulis latitudinis in sinistro limite, & scrupulis summæ in linea superiori transuersa.

Ex priori

Ex priori autem Canone per eadem latitudinis ☽ scrupula & differentiam vtriusq; semidiametrorum similiter prorsus excerpe sola scrupula moræ dimidiæ, vt in eodem plenilunio cum differentia vtriusq; semidiametri vmbræ & ☽ sit scr. 28 1ª, 14 2ª, deprehendo scrupula moræ dimidiæ 27 1ª, 57 2ª, Hæc ablata ex scrupulis 60 1ª, 57 2ª, relinquunt sola scr incidentiæ 33 1ª, 0 2ª. *Vsus prioris Canonis.*

Iam vt ex his scrup. incidentiæ & moræ dimidiæ tempus vtrumq; ratiocineris.diuide ea per motum ☽ horarium à ☉ suprà inuentum, vt scrupulorum 30 1ª, 12 2ª ferè in hoc ipso plenilunio vero. Itaq; moræ dimidiæ tempus colliges horæ 0. scru. 56 1ª ferè, tempus casus horæ 1. scr. 5 1ª ferè, vt sit totum tempus ab initio eclipsis ad medium, vel rursum à medio ad finem horarum 2. scru. 1 ferê, quæ est dimidia duratio defectus Lunæ. Non ignoro autem hæc posse, vel ex nostris tabulis aliquanto scrupulosiùs exquiri. Sed modus etiam sit harum subtilitatum: nec leue artis beneficium putandum est calculum vel mediocriter cum adparentia consentire, etsi fortè in vno atq; altero scrupulo horæ hallucinemur. Grauiter enim in hac ipsa πραγματεία inquit Ptolomæus, περὶ δὲ τὸ τοσοῦτον ἀκριβέυεσθαι κενοδόξου μᾶλλον, ἢ φιλαλήθους ἂν εἴη. *Tempus inciderationis. diuide ea per motum ☽ horarium à ☉ suprà inuentum, dentiæ & moræ dimidiæ.*

LIII. PRAECEPTVM. QVOMODO INVENIENda sit vera ☽ latitudo ad initium & finem Eclipsis.

Dato vero motu latitudinis ☽ ad initium & finem Eclipsis, recurrendum est ad præceptum 29. Ideo hoc loco tantùm compendiosa ratio traditur inueniendi verum latitudinis motum ad extrema tempora eclipsis, quæ ita se habet. Motum ☉ congruentem dimidiæ durationi adde summæ scrupulorum incidentiæ & moræ dimidiæ. Sic enim conflabis verum ☽ motum simpliciter, vel à prima stella ♈. quem si vero motui latitudinis inuento ad tempus veri plenilunij abstuleris quidem, habebis eundem verum ad initium eclipsi, ad finem verò, si adiunxeris. Porrò citra vllum periculum erroris perpetuò sumpseris pro motu horario ☉ scrupula 2 1ª, 28 2ª.

Exemplum nostri plenilunij. Tempus dimidiæ durationis eclipsis inuentum est horarum 2. scr. 1 1ª. Huic respondet motus ☉ scr. 4 1ª, 58 2ª ferè, qui additus summæ scrupulorum incidentiæ & moræ dimidiæ 60 1ª, 57 2ª, colligit verum ☽ motum scr. 65 1ª, 55 2ª, à prima ♈ congruentem tempori dimidiæ durationis. Iam hic verus ☽ ablatus quidem vero motui latitudinis, qui congruit ad medium eclipsis sex. 1. par. 29. scr. 44 1ª, 14 2ª, relinquit verum motum latitudinis ad initium eclipsis sex. 1. part. 28. scru. 38 1ª, 19 2ª. Sed additus colligit eundem latitudinis ad finem eclipsis sex. 1. part 30 scr, 50 1ª, 9 2ª. Inde per

de per præceptum 29. habetur vera latitudo ☽ ad initium quidem Eclipsis sc. 7 1ª, 7 2ª Borea, ad finem verò eiusdem sc. 4 1ª, 22 2ª, Austri.

Ac de Lunari quidem Eclipsi aliud iam nihil restat, nisi vt ratio proponatur typum Eclipsis describendi in plano. Verùm hoc differemus tantisper, donec parallaxin duorum luminum, cæteraq; ad calculum Solaris defectionis pertinentia absoluta nobis fuerint.

LIIII. PRAECEPTVM. DATO LOCO LVMINIS, & distantia eius à Meridiano versus ortum & occasum, quomodo parallaxes eius discernendæ sint in data regionis latitudine.

περὶ ἐκλείψεως ἡλιακῶν.

Datum locum ☉ vocamus, cum dodecatemorion, & pars eius in qua versatur, diserte exprimitur, sed in Luna præterea requiritur distantia eius à vero Epicycli primi apogeo quæ coæquata anomalia appellatur. Datam luminis distantiam â Meridiano intelligimus horas, earumq; scrupula, quibus secundum adparentiam distat ☉ vel ☽ à circulo Meridiano. Condidimus autem Canones trianguli orthogonij parallaxeon ad has 14. Poli exaltationes, videlicet partium 16. 24. 31, 36. 41. 45. 49. 52. 54. 57. 60. 63. 66. 70. quarum priores 7. ferè respondent vsitatis 7. climatis, ad quæ Ptolemæus suos quoq; Canones in hoc genere accommodauit. Quare cum hæc discretio parallaxium longitudinis & latitudinis potissimùm referatur ad Ecliptica synodos, manifestum est, quod hoc præceptum & sequentia desiderent quatuor data. vt tractari queat, quorum primum est, tempus adparens, in quo diserte exprimatur, quæ sit hora ante vel post meridiem, alterum locus ☉, tertium anomalia ☽ coæquata, vltimum latitudo regionis.

Διάκρισις τῶν παραλλάξεων.

Est & hoc firmiter tenendum memoria, quòd vera synodus existens in quadrante signiferi orientali posterior sit adparenti synodo, contrà verò prior in quadrante eiusdem occidentali. Ideo quadrantes hos signiferi magna diligentia vbiq; in illis nostris Canonibus distinximus syllaba. NO. designante nonagesimum gradum Eclipticæ ab vtraq; parte Horizontis. Hæc in genere primùm scire oportebat logistam. Nunc præceptum subijcio.

PRAECEPTVM.

Si Sol tenet principium alicuius dodecatemorij, vel parum ab eo abest, ingredere Canonem destinatum dato climati vel altitudini polari. & sub illo signo ad datam horam, vel ante, vel post meridiem excerpe hæc tria, distantiam à vertice, & vtrunq; trianguli latus, longitudinis scilicet, & latitudinis in partibus ijsdem, quibus 60. adsumitur Hypothenusa vel latus recto angulo subtensum, quod παραλλάξεως μικροπλάτους in circulo altitudinis accommodatur. Aequabis autem hæc singula adhibita parte proportionali, si qua scrupula horis fuerint annexa,

annexa. Inde cum distantia à vertice ingressus canonem parallaxeon ☉ & ☽ in circulo altitudinis, excerpe parallaxin, quam artifices composito nomine vocant μικοπλατῆ. vt iam dixi, Solis quidem simpliciter. Lunæ aût sub congruenti numero anomaliæ. Quod si de vtraq; harum parallaxeon iuxta vsitatam doctrinam ex canone ἐξηκοντάδων sumpseris partes congruentes lateribus longitudinis & latitudinis proximè excerptis, habebis vtriusq; luminis vtranq; parallaxin longitudinis & latitudinis. Sed si paralaxin ☉ dempseris ex parallaxi ☽ & reliquum tractaueris ad hunc modum, venaberis parallaxin latitudinis ☽ ad ☉, quæ quia in hac eclipsium solarium doctrina maximè vsum habet exempla eius subiungam, etsi similis ratio est omnium.

Exempla.

I.

Sol teneat initium alicuius dodecatemorij.

Distent igitur ☉ & ☽ ante meridiem hora o scru. 4 1ª, 38 2ª in regione, cuius sit latitudo 54. gra. & teneant interea sanè initium primi dodecatemorij ♈, sitq; Lunæ anomalia coæquata, dodecatemoriorum 3. part. 10. ferè. Ingredienti ergo canonem, qui altitudini poli 54. gra. destinatus est, sub dodecatemorio ♈ cum hora meridiei, vt cui Sol proximus est, initiò patet eum locum ☉ vel horam diei comprehendi in quadrante signiferi occidentali, ac propterea veram synodon esse priorem adparenti. Deinde occurrit distantia à vertice graduum 54. scr. o 1ª, quæ ab hora vndecima vsq; ad 12. qua Sol Meridianum transit, id est, spacio 60. scrupulorum vnius horæ decrescit gradu vno, scr. 24 1ª, de quibus debentur 4 1ª, scr. 38 2ª, horæ vnius scrupula 6 1ª, vnius gradus, quæ addida 54. partib. exhibent iam æquatam distantiam duorum luminum à vertice par. 54. scr. 6 1ª. Sicut enim stella nobis conspicua maximo interuallo recedit à nostro vertice oriens & occidens, tunc enim ea distantia quadrantem circuli absoluit: ita ab eodem vertice minimè omnium abest transiens per Meridianum. Similiter excerpo latus longitudinis in triangulo parallaxeos part. 23. scr. 18 1ª, ablata nimirum parte congruente, & contrà addita parte sua proportionali, excerpo latus latitudinis partium 55. scr. 15 1ª. Tribuuntur autem vtriq; lateri tùm longitudinis tùm latitudinis partes eiusmodi, quarum parallaxis μικοπλατῆς, numerata videlicet in circulo altitudinis, partium adsumitur 60 vt dixi. Hinc cum distantia à vertice modò inuenta ingressus canonem parallaxeon ☉ & ☽ in circulo altitudinis. excerpo parallaxin μικοπλατῆ, ☉ quidem scrupulorum 2 1ª, 24 2ª, Lunæ autem conuenienter sub 3. dodecatemorijs, & 10. grad. anomaliæ coæquatæ partium 47 1ª. 15 2ª. Quod si de his parallaxibus sumeres partes congruentes lateribus longitudinis & latitudinis, haberes vtranq; parallaxin κατὰ πλάτος καὶ μῆκος vtriusq; luminis

minis secundùm se. Deducta autem parallaxi ☉ é parall. ☽ relinquitur excessus ☽ ad ☉ scr.44 1ª, 51 2ª, de quibus si partes congruentes sumantur lateribus longitudinis & latitudinis paulò antè inuentis, exibit parallaxis longitudinis quidem ☽ ad ☉ scr. 17 1ª, 25 2ª, latitudinis verò ☽ ad ☉ scr.41 1ª, 18 2ª.

2. *Non teneat initium alicuius dodecatemorij.*

Quod si ☉ non teneat initium alicuius dodecatemorij, quemadmodum singuli hi canones ad initia eorum conditi sunt, geminus inflat labor. Primùm enim ad initium eius dodecatemorij, in cuius aliqua parte ☉ versatur. exquires parallaxin vtranq; ad eum modum, quem hactenus accepisti. Deinde prorsus similiter ad finem eiusdem dodecatemorij, vel, quod idem est ad initium sequentis. Deinde sumes partem congruentem numero graduum ☉ in eo dodecatemorio, quem vel addes, vel aufferes priori parallaxi, prout posterior vel crescit, vel decrescit. Verùm exemplo res meliùs intelligitur. Transeat igitur ☉ per 15 1ª, scrupulum vicesimænonæ partis ♈, cæteris datis manentibus, sicut priùs. Primùm ergo ad initium ♈ exquiro parallaxin vtranq; sicut iam factum est Deinde rursus eodem modo ad initium ♉, vbi similis parallaxis ☽ ad ☉ deprehenditur, longitudinis quidem scru. 12 1ª, 56 2ª, at latitudinis scrupulorum 55 1ª, 6 2ª, sicut differentia longitudinis sit scr 4 1ª, 39 2ª, latitudinis autem scru. 6 1ª. 12 2ª, vtraq; decrescens. Iam part. 28. scr. 15 1ª, quæ numerantur ab initio ♈ ad locum ☉, congruunt de differentia longitudinis scr 4 1ª, 22 2ª, subtrahenda de parallaxi longitudinis priori, vt sit vera parallaxis sc. 13 1ª, 3 2ª, similiter de differentia latitudinis congruunt ijsdem partibus 28. sc. 15 1ª, scrupula 5 1ª, 50 2ª, aufferenda itidem, vt sit æquata parallaxis in latitudinem scrupulorum 35 1ª. 28 2ª,

Aliud exemplum.

Aliud exemplum. Cæteris datis, vt priùs, quærantur parallaxis ☽ ad ☉ sub initium horæ primæ post meridiem. Ad initium ergo ♈ primùm inuenies parallaxin longitudinis ☽ ad ☉ scrupulorum 26 1ª, 3 2ª, latitudinis autem scrupulorum 38 1ª, 9 2ª, & ad initium ♉, longitudinis scrupulorum 21 1ª, 42 2ª, latitudinis scr. 32 1ª, 54 2ª, ita vt differentia parallaxeon longitudinis sit scrupulorum 4 1ª, 21 2ª, latitudinis verò scrupulorum 5 1ª, 15 2ª, vtraq; rursum decrescens. Iam partibus Arietis 28. sc. 15 1ª, congruunt de longitudinis quidem differentia scr. 4 1ª, 6 2ª, at de latitudinis differentia scr. 4 1ª, 57 2ª, itidem subtrahenda à parallaxibus respondentibus initio ♈. Aequata igitur parallaxis in longitudinem est scrupulorum 21 1ª, 57 2ª, latitudinis verò scr. 33 1ª, 12 2ª, aptè conueniens locis ☉ & ☽, atq; reliquis datis.

De parallaxi in latitudinem.

Ad eundem modum cætera exempla omnia tractanda erunt, etsi hoc quoq; sciat lector, ante inuentum tempus adparentis synodi nondum

opus

opus esse exquisitione parallaxeos secundùm latitudinem, vt in duobus sequentibus præceptis, satis est exploratam esse longitudinis parallaxin.

Fui in explicatione huius præcepti eò prolixior, quia sequentium nullum fructum percipiet logista, nisi huius vsum probè priùs percalluerit.

LV. PRAECEPTVM. IN DATO TEMPORE QVANtus sit Lunæ motus adparens à Sole.

Ad dati temporis interuallum inuenias per 43. præceptum veram ☽ euectionem à ☉. Deinde iuxta præcedens præceptum parallaxim longitudinis ☽ ad ☉ tàm ad initium quàm finem dati temporis. Parallaxis enim latitudinis in hoc & sequenti præcepto nondum habet vsum. Posteà considera, vtrum datum tempus totum prætereat ☉ hærente in quadrante signiferi orientali, an totum in quadrante occidentali, an verò in vtrunq; distrahatur. Si totum tempus consumitur in quadrante orientali, & parallaxis ad initium quidem temporis maior fuerit, quàm ad finem, differentiam parallaxeon auffer vero motui ☽ à ☉, sed si minor fuerit, adiunge eam. Sin autem toto dato tempore Sol versatur in quadrante occidentali, & parallaxis ad initium huius temporis maior fuerit, quàm ad finem, differentiam ipsarum adde veræ euectioni ☽ à ☉. alioqui aufferes, si parallaxis ad temporis initium fuerit minor, quàm ad finem. Si deniq; datum tempus distrahitur in ambos quadrantes, vt prior pars consumatur in orientali, posterior in occidentali quadrante post gradum nonagesimum, adiunges vtranq; parallaxin eidem veræ euectioni. Iuxta has tres regulas scias colligendum esse adparentem ☽ motum à ☉ in dato tempore. Sed exemplum subijcio, quod lucem adferet præcepto. Esto igitur propositum scrutari visum ☽ motum à ☉ in hora vna, scrupulis 4 1^a, 38 2^a, ad regionem, cui Boreus polus exaltatur gradibus 54. Sitq; initium temporis ante meridiem scrupulis 4 1^a, 38 2^a, exitus autem vna hora post meridiem. Sint & reliqua data eadem, vt in præcedenti præcepto. Primùm igitur per 43. præceptum in dato hoc tempore Luna verè conficit à ☉ sc. 32 1^a, 46 2^a, quia horarius à ☉ supra inuentus est scr. 30 1^a, 24 2^a. Deinde per antecedens præceptum inuenta est parallaxis ☽ ad ☉ sub initium quidem temporis scrupulorum 13 1^a, 3 2^a, at sub exitum scr. 21 1^a. 57 2^a. Totum autem tempus datum elabitur, ☉ circumuecto in quadrante occidentali, id est, postquàm iam transijt gradum nonagesimum, & prior parallaxis minor est, quàm posterior. Ideo iuxta secundam regulam differentia vtriusq; parallaxeos scrupulorum scilicet 8 1^a, 54 2^a, aufferenda est veræ euectioni ☽ à ☉. Erit igitur adparens euectio ☽ à ☉ scrupulorum 23 1^a, 52 2^a, in hora vna scrupulisq; 4 1^a, 38 2^a.

Tres regulæ.

1.

2.

3.

Adparens Luna simpliciter.

Quod si loco veri motus ☽ à ☉ sumseris eiusdem verum à prima stella ♈, vel ab adparenti æquinoctio, & cætera tractaueris eodem, vt dictum est modo habebis visum ☽ motum non à ☉, verùm simpliciter.

LVI. PRAECEPTVM. DE INTERVALLO TEMporis inter veram Synodum duorum luminum & adparentem.

Distantiæ visæ copulæ ac veræ.

Ad tempus veræ synodi inuenias parallaxin longitudinis ☽ à ☉ per 54. præceptum. Similiter per præceptum antecedens inuenias adparentem ☽ motum à ☉ vel vnius horæ vel duarum, præcedentium quidem veram ♂ in orientali, sequentium autem in occidentali signifero quadrante. Quod si parallaxis longitudinis multiplicata per tempus cõgruens motui ☽ apparenti à ☉, diuisa fuerit per ipsum motũ ☽ apparentem, exibit differentia temporis inter veram synodum & adparentem.

Repetatur idem exemplum nouilunij, quo hactenus vsi sumus. & deinceps ad finem vsq; huius tractationis adhibebimus. Inuenta est igitur parallaxis longitudinis sub ipsam veram στύνοδον scrupulorum 13 1^a, 3 2^a, per præceptum 54. & adparens ☽ motus à ☉ scrupulorum 23 1^a, 5 2^a, spacio nimirùm vnius horæ, ac scrupulorum 41 1^a, 38 2^a, quæ multiplicata primùm per scrupula 13 1^a, 3 2^a, & inde distributa in scrupula 23 1^a. 5 2^a, ostendunt interuallum temporis inter veram & adparentem synodum scrupulorum 55 1^a, 21 2^a, horæ vnius.

Cæterùm tùm ex parallaxi longitudinis ☽ ad ☉, quæ congruit veræ synodo, tùm ex vero motu ☽ horario à ☉ facilè æstimabit fagax logista. vtrum ad vnam, an duas horas, ante vel post veram synodon visum ☽ motum exquirere conueniat, eò quòd hic motus subitò ac singulis horis ob multas causas variatur.

Nec obscurum hoc est, quod tempus datum iuxta præceptum 55. momento ipso veræ ♂ terminari intelligitur in quadrante orientali, in occidentali autem eodem ipso momento inchoari.

Item cum Canones trianguli orthogonij parallaxeon conditi sint ad horarum initia, commodius est datum hoc, siue adsumptum tempus sic accommodare, vt si non ambæ, altera saltem eius extremitas initio alicuius horæ velut articulo congruat, vt calculus sit facilior.

Postremò nullum est interuallum inter veram & adparentem synodon, sed potiùs eadem vera ac visa copula, quando vera incidit in ipsum nonagesimum gradum, qui quadrantem orientalem dirimit ab occidentali. Ibi enim nulla fit parallaxis in longitudinem. verum tota procumbit in latitudinem.

LVII. PRAECEPTVM. DE IPSO TEMPORE ADparentis synodi duorum luminum.

Interuallum temporis iam inuentum, quod inter veram & adparentem

rentem ſynodon intercedit, auffer tempori veræ ſynodi in quadrante orientali, vel ante nonageſimum gradum, adde autem in quadrante occidentali, vel poſt 90 gradum, quemadmodum etiam admonent ipſi Canones. Ratio præcepti in promptu eſt, quia adparens ſynodus veram præcedit in orientali, ſequitur autem in quadrante occidentali, vt in noſtro exemplo. Quia vera ſynodus fit in quadrante occidentali, interuallum inter veram & adparentem ſynodum, addendum eſt tempori veræ ſynodi. Fit autem hæc vera ſynodus menſe Aprilis diebus 8. plenis horisq; 11. ac ſcrupulis 55 1^a, 22 2^a: & interuallum in præcedenti præcepto inuentum eſt ſcrupulorum 35 1^a, 21 2^a: horæ vnius. Erit igitur tempus adparentis ſynodi poſt primos 8. dies Aprilis, elapſis à media nocte in nonum diem horis 12. ſcrupulis 30 1^a, 43 2^a, id eſt, paulò poſt meridiem, in Regiomonte inclyta Boruſſorum ciuitate.

LVIII. PRAECEPTVM. QVOMODO EXAMINETUR tempus adparentis ſynodi & de parallaxi ☽ à ☉ in latitudinem ſub ipſa ſynodo adparenti.

Δοκιμασία *Regula gubernatrix huius examinis.*

Examen temporis hac gubernatur regula. In adparente ſynodo duorum luminum vera ipſorum loca tantùm inter ſe diſtant, quanta eſt Lunæ ad ☉ parallaxis in longitudinem. Ad tempus igitur adparentis ſynodi, quod hactenus non abſq; labore ſcrutati ſumus, exquirito per 54. Præceptum æquatas parallaxes ☽ ad ☉ tùm longitudinis, tùm ſimul etiam latitudinis, propter ea quæ ſunt reliqua. Inuenias & veram ☽ à ☉ diſtantiam per 43. præceptum. Inde animum ac cogitationem tuam huc transfer. Si luminum diſtantia æqualis eſt parallaxi longitudinis ☽ ad ☉, tempus inuentum omnino congruit adparenti ſynodo. Si autem maior eſt diſtantia luminum, quàm parallaxis ☽ ad ☉ in longitudinem, quanta eſt ipſarum differentia, tantùm viſus locus ☽ viſam ☌ præcedit quidem in orientali, ſequitur autem in occidentali quadrante. Sed ſi minor eſt diſtantia, quanta rurſum eſt ipſarum differentia, tantùm viſus locus ☽ viſam ☌ ſequitur quidem in orientali, præcedit autem in occidentali. Vt in noſtro exemplo ad tempus adparentis ſynodi per 54. præceptum offertur parallaxis ☽ ad ☉ longitudinis quidem ſcr. 17 1^a, 59 2^a, latitudinis verò ſcr 34 1^a. 27 2^a, cuius etiam vſus paulò pòſt patebit. Et quia interuallum veræ & adparentis ſynodi eſt ſcr. 35 1^a, 21 2^a, vnius horæ, vera ☽ à ☉ diſtantia vel eũectio eſt ſcrupulorum 17 1^a, 56 2^a, quia motus horarius ☽ á ☉ eſt ſcr. 30 1^a, 24 1ª ferè. Vides igitur diſtantiam ☉ & ☽ ita æquari parallaxi longitudinis ☽ ad ☉ vt tribus tantùm ſecundis ſcrupulis ab ea ſuperetur. Tempus igitur adparentis ſynodi rectè nobis inuentum eſt.

Quod ſi hæc differentia aliquantò maior exiſteret, eam diuiſam per *De emendatio-* motum

ne temporis. motum ☽ visum à ☉ horarium priùs inuentum hoc loco adiungeres tempori adparentis synodi, eò quòd vera distantia minor est quàm visa, in quadrante occidentali, vbi visus locus constanter à vero recedit in præcedentia. Vt tribus secundis scru. congruunt hic ferè scrupula 8 2^a, quæ addita constituerent tempus adparentis synodi aliquanto subtilius videlicet, dies 8. horas 12. scr. 30 1^a. 51 2^a, mensis Aprilis omnia plena. Ac quo minus dubitet logista astrophilus, quando hanc postremam particulam temporis priùs inuento addere conueniat, vel aufferre, sit hæc tabella in conspectu.

Quando vera luminum distantia, quam parallaxis longitudinis ☽ ad ☉ fuerit.	Maior in quadrante	Orientali	ADDE.
		Occidentali	AVFFER.
	Minor in quadrante	Orientali	AVFFER.
		Occidentali	ADDE.

LIX. PRAECEPTVM. DE VERA LATITVDINE ☽ sub ipsam adparentem synodon.

Similis ratio est ei, quæ supra in præcepto 53. tradita est. Inuenias enim verum ☽ motum simpliciter ad interuallum temporis, quo vera ac visa copula inter se distant. Eum vero motui latitudinis inuento ad veram syzygiam adde vel auffer, prout interuallum ipsum temporis vel addendum fuit, vel aufferendum. Ita enim comparabis verum latitudinis ☽ motum ad visam copulam, per quem iuxta præceptum 29. venaberis ipsam ☽ latitudinem. Vt in nostro exemplo interuallum veræ ac visæ copulæ fuit scru. 35 1^a, 21 2^a, vnius horæ addendum, in quo spacio verus ☽ motus à ☉ est scru. 17 1^a, 56 2^a. Solis autem ferè, scr. 1 1^a, 27 2^a. quæ addita inuicem efficiunt motum ☽ simpliciter scr. 19 1^a, 23 2^a. Hic similiter addendus est ad verum motum latitudinis ☽ sexa. 1. part. 24. scr. 19 1^a, 28 2^a, congruentem veræ synodo. Congruet igitur visæ copulæ verus latitudinis ☽ motus sex. 1. par. 24. scru. 58 1^a, 51 2^a, per quem ex Canone latitudinis venabimur veram latitudinem ☽ boream scr. 27 1^a, 57 2^a.

LX. PRAECEPTVM. DE LATITVDINE ☽ ADparente sub ipsam adparentem synodon.

Primùm inuenta sit sub ipsam adparentem synodun tùm parallaxis latitudinis ☽ á ☉ per 58. præceptum, tùm vera latitudo ☽ per antecedens. Deinde si fuerint eiusdem adfectionis. adde eas inuicem, si diuersæ, minorem auffer à maiori, Collectum enim hoc modo, vel residuũ ostendit latitudinem ☽ visam boream vel austrinam, iuxta proprietatem maioris

maioris numeri. Cæterùm vltra ſecundum Clima verſus noſtra hæc loca Borea, parallaxis latitudinis ☽ ſemper eſt Auſtrina. Inuenimus ergo parallaxin latitudinis ☽, Auſtrinam ſcru. 34 1ª, 27 2ª, ſub ipſam adparentem ſynodon, & veràm eius latitudinem Boream ſcru 27 1ª, 57 2ª, Relinquitur ergo viſa latitudo ☽ in ipſo momento adparentis ſynodi ſcr. 6 1ª, 30 2ª, Auſtralis.

LXI. PRAECEPTVM. VTRVM ADPARENS ſynodos duorum luminum ſit ecliptica.

An ſiat Eclipſis.

Ptolomæus hanc tradit regulam ſeu normam dijudicandi ſynodos ecliptícas ab ijs, quæ non ſunt eclipticæ. Si ad mediam ſyzygiam nouilunij motus æqualis latidutinis ☽ fuerit maior partibus 69. ſcrup. 20 1ª, & minor partibus 101 ſcr. 22 1ª vt circa nodum deuehentem, vel maior partibus 258. ſcr. 38 1ª, & minor partibus 290. ſcr 40 1ª. vt circa nodum euehentem, fieri poteſt, vt adparens ſynodos ſit ecliptica. Extra hos autem terminos motus latitudinis non fiunt eclipſes ☉ Ac conſultum erit logiſtæ priùs vti hoc κριτηρίῳ, ne calculi parallaxeon labor temerè ſuſcipiatur- Vt ad mediam ſyzygiam huius noſtri nouilunij æqualis motus latitudinis eſt part. 89. ſcr. 18 1ª, ferè, maior ſcilicet partibus 69. & minor partibus 10 , imo incidit in ipſum penè nodum deuehentem. Pronunciabis ergo hanc ſyzygiã eſſe eclipticam.

Certiùs autem argumentum hoc eſt Quando viſa latitudo ☽ ſub adparentem ſynodon maior eſt ſumma ſemidiametrorum adparentium ☉ & ☽ non ſubibit ☉ Eclipſin, Si minor autem fuerit, planè ſubibit, Vt in noſtro exemplo per 49. præceptum inuenta eſt ſemidiametros ☉ quidem ſcr. 16 1ª, 9 2ª, ☽ verò ſcru. 15 1ª, 29 2ª, vt ſit ſumma vtriuſq; ſcru 32 1ª, 38 2ª. At viſa latitudo ☽ ſub adparentem ſynodon ſcrupulorũ tantum 6 1ª, 30 2ª, Omnino igitur Eclipſin ſubibit.

LXII. PRAECEPTVM. DE DIGITIS Eclipticis in defectu ☉.

Quantus ſit defectus.

Similis & hic ratio eſt ei, quæ ſupra in 51. præcepto tradita eſt. A ſumma videlicet duarum ſemidiametrorum ☉ & ☽ auffer latitudinem ☽ viſam ſub adparentem ſynodon. Cum hoc reliquo & diametro ☉ adparenti ingredere canonem digitorum Eclipticorum, vel ſemel, vel iterum, ſi opus fuerit, prorſus vt ſuprà docuimus. Vt ſumma ſemidiametrorum adparentium ☉ & ☽ eſt ſcr. 32 1ª, 38 2ª, vnde viſa latitudo ☽ ſcr. 6 1ª, 30 2ª, ablata reliqua facit ſcr. 26 1ª, 8 2ª. Et ſemidiameter ☉ adparens eſt ſcru. 16 1ª, 9 2ª. per hæc igitur duo proxima ex Canone venaberis digitos ecliptícos 9 43 1ª.

LXIII. PRAECEPTVM. DE SCRVPVLIS, & tempore incidentiæ.

Duratio ſeu

Initium huius calculi non eſt diſſimile ei formæ, quam ſupra tradi-

magnitudo temporis.

dit præceptum 52: Eodem enim modo Canonem scrupulorum incidentiæ seu casus & moræ dimidiatæ videlicet priorem ingredere, cum summa adparentium semidiametrorum ☉ & ☽ & cum visa latitudine ☽ congruenti ad synodon adparentem. Facta enim emendatione per partem congruentem, si opus fuerit, mox excerpes scrupula incidentiæ. Itaq; in nostro exemplo venaberis incidentiæ scrup. 31 1ª, 38 2ª, quæ distributa in certi temporis motum visum ☽ à ☉ ostendunt tempus casus, vt quia motus ☽ visus à ☉ inuentus est scrupulorum 23 1ª, 52 2ª, in hora vna, scrupulis 41ª, 38 2ª, ideo facta primùm multiplicatione, postea diuisione iuxta doctrinam vel τῦ ἐπιβάλλοντος vel communis logisticæ, habebis horam 1. scrupulaq; 26 1ª ferè, tempus videlicet incidentiæ, vt ab initio defectus ad medium eius siue adparentem synodon. Huic autem tempori vulgus æquale assumit tempus ἀναπληρώσεως, repletionis seu recuperationis luminis.

Tempora ἐμπτώσεως πρὸς ἀναπλήρωσιν in defectu ☉ non sunt æqualia.

Verùm hæc tempora non sunt omninò paria, nisi cum visa copula duorum luminum inciderit in ipsum nonagesimum gradum distinguentem duos quadrantes orientalem & occidentalem.

Nam in orientali quadrante tempus ἐμπτώσεως minus est tempore ἀναπληρώσεως, contrà verò in occidentali tempus ἐμπτώσεως maius tempore ἀναπληρώσεως. Quare si libet summam veritatem huius rei scrutari, sic agito. Inuenias motum ☽ visum á ☉ vnius horæ tùm antecedentis, tùm sequentis adparentem synodon iuxta doctrinam præcepti 55. Scrupula incidentiæ distributa per motum ☽ congruentem vni quidem horæ ante synodon dabunt tempus incidentiæ, sed post synodon tempus ἀναπληρώσεως vel emersionis.

LXIIII. PRAECEPTVM. DE LATITVDINE ☽ VISA ad initium & finem Eclipsis ☉.

Initiò inueniendus est motus visæ latitudinis ☽ sub adparentis synodi momentum. Huic si abstuleris scrupula incidentiæ, existet motus visæ latitudinis, per quem ex Canone latitudinis ☽ venari licet latitudinem ☽ visam ad initium defectus, sed si eadem scrupula adiecexis, existet motus visæ latitudinis, per quem similiter capere licet visam ☽ latitudinem ad finem eclipsis. Sed vt inuenias motum illum latitudinis congruentem visæ latitudini ☽ sub adparentem synodon, intrandus est Canon latitudinis ☽ in eclipsibus arealiter, vt vocant. Et considerare hæc duo oportet, vtrum circa deuehentem vel ascendentem nodum fiat defectus, & qualis sit latitudo ☽ visa. Verùm exemplo rem breuissimè cognosces. In nostra eclipsi visa latitudo est australis scr. 61ª, 30 2ª, & constat ex prioribus fieri eam circa nodum deuehentem. In area igitur Canonis dum quæro latitudinis visæ scrupula

61 1ª, 30 2ª, deprehendo per partem proportionalem deberi eam 1ª gradui 15. scr. præter 3. dodecatemor. eò quòd eclipsis fiat circa nodum deuehentem. Iam si à 3. dodecatemorijs, parte 1, scr. 15 1ª, dempseris incidentiiæ scrupula 31 1ª, 38 2ª, exiftet motus visæ latitudinis dodecatemoriorum 3. part. 0. scr. 43 1ª, 22 2ª, ad initium videlicet eclipsis. Sed si eadem addideris, erit motus visæ latitudinis ad finem eclipsis dodecatemor. 3. part. 1. scr. 49 1ª, 38 2ª. Per hos motus visæ latitud. excerpes iuxta doctrinam præcepti 9. visam ☽ latitud. ad initium quidem eclipsis huius scrup. 3 1ª. 46 2ª. ad finem verò scr. 9 1ª, 14 2ª, vtrobiq; australem.

Vsus parallaxis vtriusq; in longum & latum.

Postremò ex his præceptis quæ tradita sunt hactenus de vtraq; parallaxi, manifestum est. quod sicut parallaxis in longitudinem ostendit interuallum inter veram & visam copulam, ita cognitio paralla. in latitud. patefacit, vtrum fiat eclipsis ☉. & quanta sit eius tùm magnitudo, tùm duratio, deniq; in quam partem spectet pars eius obscurata.

LXV. PRAECEPTVM. DE TYPIS SEV DIAgrammatis eclipsium describendis.

In signo A duæ linæ B D & C E secent se πρὸς ὀρθὰς. & intelligatur B signum versus occasum. D versus ortum, C versus aquilonem, E signum deniq; versus austrum, & A signum vel centrum corporis ☉ in defectu illius, vel in lunari deliquio centrum vmbrosi circuli, qui ad ☽ transitum spectat. Recta etiam B D iter solare. vel eclipticam designabit. Hic habeas præterea pro concepta diagrammatis magnitudine lineam rectam distributam in partes æquales 60. vel 70. Iam ad describendum typum eclipsis ☉, oportet hæc data esse. semidiametros adparentes, vt in nostro exemplo ☉ quidem 16 1ª, 9 2ª, & ☽ 16 1ª 29 2ª, & latitudinem ☽ visam ad initium 3 1ª, 46 2ª ac finem 9 1ª, 14 2ª, eclipsis, postea summa scrupulorum vtriusq; semidiametri 32 1ª, 38 2ª, notato in linea diuisa, & interuallo extremorum pũctorum huius numerationis centroq; A describito circulum BCDE. Deinde visam latitudinẽ ad initiũ eclipsis 3 1ª, 46 2ª, similiter ex li-

Descriptio vel delineatio eclipsis ☉.

SEPTENTRIO.



AVSTER.

neá diuiſa transfer in lineam C E. vt ei ſit æqualis A F. Similiterq; viſæ latitudini ad finem ☽ 1ª, 14 2ª, fiat æqualis recta A G.

Fit enim eclipſis initium verſus occaſum, & finis verſus ortum. Signa autem F & G. traducantur per lineas ipſi B D. rectæ parallelas, vt F H, & G K conuenienter in circuli circumferentiam, vt H, fiat initium eclipſis, vbi ☽ ſecundùm viſum contingit corpus Solare. K verò ſignum finis eiuſdem eclipſis, & iungatur recta H K. adparens videlicet iter ☽ in ſigno L, diuiſa per æqualia. Dehinc in linea diuiſa numeris ſcrupula ſemidiametri ☉ 16 1ª, 9 2ª, & rurſus extremarum notarum interuallo centroq; A deſcribito circulum O P M Q. Similiter etiam interuallo ſemidiametri Lunaris, centriſq; H L K. tres Lunares circuli deſcribantur, eritq; in H initium defectus in L medium; in K finis, & partem ☉ obſcuratam repreſentabit σχῆμα M N O P. quale Græci vocant ἀμφίκυρτον, reliqua pars corporis ☉, M N O Q μηνοειδῆς adhuc conſpicua manet, nec occultatur Lunæ interuentu.

Pictura ſeu deſcriptio eclipſis ☽.

In eclipſi autem Lunari ſint rurſum hæc data. Semidiameter ☽ adparens, vt in exemplo ſuperiori ſcrupulorum 16 1ª, 23 2ª, & ſemidiameter vmbræ ſcr. 44 1ª, 37 2ª, latitudoq; ☽ vera ad initium quidem ſcr. 7 1ª, 7 2ª, Borealis, ad finem verò ſcr 4 1ª. 22 2ª, Auſtralis. Interuallo igitur ſummæ vtriuſq; ſemidiametri ſcrupulorum ſcilicet 61 1ª, 0 2ª, centroq; A, rurſum deſcriptus ſit circulus B C D E, & eodem centro, interuallo autem ſemidiametri vmbræ ſcr. 44 1ª, 37 2ª, alius circulus auguſtior F G, in cuius peripheria Lunare corpus ad initium, & finem eclipſis contingit vmbræ terrenæ pyramidem. Notetur autem latitudo borea ſcili. 7 1ª, 7 2ª, congruens initiò eclipſis in ſigno H. quod adminiculo parallelæ traducatur verſus notam occaſus in K. Similiterq; ſit L. verſus ortum & Auſtrum nota finis eclipſis. Iunctaq; recta K L, eaq; per medium diuiſa in ſigno M circuli Lunares interuallo ſcr. 16 1ª, 23 2ª, deſcribantur tres, centris K M L. Itaq; in K initium eclipſis, in M medium, in L finis repreſentatur hoc diagrammate, ſimiliter vt in antecedenti.



Hactenus igitur eclipſium ☉ & ☽ tractatio penitùs abſoluta eſt. Ac reuertor nunc ad 5, ſtellas errantes, quarum reliquam doctrinam

breuiter

breuiter percurram, vt alio loco explicatam prolixiùs.

LXVI. PRAECEPTVM. DE SYNODO ERRA-ticarum ſtellarum cum inerrantibus.

Intelligimus hîc ſtellas inerrantes eas potiſſimùm, quæ vel in Zodiaco, vel in proximis circa eum locis collocantur. Ac quod ad ☉ attinet, cum quotannis ijſdem diebus cùm inerrantibus copuletur, expedita ratio eſt. Nam ſi quis horam congreſſus ☉ cum aliqua harum fixarum ſcire cupit, poſtquam dies exploratus eſt. & interuallum ſtellæ ac Solis, diſtribue hoc in motum ☉ horarium, qui conſtat ex ſuperioribus. Ita enim venaberis interuallum temporis addendum vel auffe-rendum priori, prout ☉ vel anteceſſerit, vel ſecutus fuerit inerrantem. Exemplo nihil opus eſt

Luna verò, quia ſpacio 27. dierum peruagatur totam Zodiaci longitudinem, ac interea cum omnibus inerrantibus congreditur, Ideo congreſſus eius cum inerrantibus ſimiliter inueſtigandus erit, vbi diem cognoueris congreſſus ☽ cum ſtella qui dies diu etiam latere haud poteſt, cùm diurnus ☽ motus penè ſit partium 13.

♄♃♂♀☿

Reliquorum quinq; planetarum ratio, & propter tarditatem & varietatem motus ipſorum non ita expedita eſt, ſed moleſtiæ ac laboris multò plus habet. Aliquot enim calculi experimentis explorandus erit vtcunq; dies congreſſus alicuius horum cum data ſtella inerrante, Inde per diurnum planetæ motum cætera, vt priùs, abſoluet ſolers logiſta, ita tamen, vt ſedulò meminerit, eum diurnum motum non diu ſibi conſtare, ſed mutari ipſum quoq;, tardiùs quidem circa apogeon, & perigeon epicycli, velociùs autem circa medios eiuſdem tranſitus, ſeu longitudines, vt vocant. Imò planetas hos quinq; aláis eſſe ὑπο-λειπομένους, aliàs προηγουμένους, id eſt, aliàs directos, aliàs retrogrados, quibus appellationibus vulgò vtuntur.

Poteſt autem hoc præceptum ad alium vſum transferri. Vbi enim ex canonibus doctrinæ primi mobilis vel ex noſtris tabulis ortuum & occaſuum explorata fuerit ea Zodiaci pars, cum qua ſtella aliqua fixa aſcendit, vel deſcendit in dato Horizonte, poterit ſtudioſus Aſtrologicarum prædictionum ad conſimilem modum inueſtigare diem, quo datus planeta cum ea inerrante aſcendat, vel deſcendat.

LXVII. PRAECEPTVM. DE SYNODO MVtua binorum Planetarum.

Multò adhuc plus negocij eſt in huius rei inueſtigatione. De ſyzygijs ☉ & ☽ ſuprà copioſè dictum eſt, quæ doctrinæ pars ad huius quoq; rei tractationem vtiliter accommodari poteſt. Luna quidem vt 27. diebus ferè percurrit totum ſigniferum, ita intra dies 30, vel non

multo plures cum reliquis 5. planetis congreditur. Lunæ igitur ratio satis adhuc expedita est iuxta doctrinam præcepti præcedentis, itemq; ☉, cuius adparens motus ab æqualitate non ita multum recedit, etsi in altera stella, cum qua congressum ☉ scire libet, obseruare oportet, retrò ne an porrò feratur.

Reliqui quinq; inter se.

Reliquorum autem 5. planetarum binorum mutuos inter se congressus explorare difficilis labor est, ac molestus. Suprà quidem in præcepto 38. tradidi rationem, qua inueniatur tempus mediæ synodi quorumcunq; binorum planetarum, sed vt diem veri congressus scrutari queas, opus est crebri calculi experimentis veras vtriusq; distantias explorare. Consultum autem erit ei, qui huius generis synodos inuestigare velit, priùs condere canones diarij motus harum 5. erraticarum, iuxta doctrinam præcepti nostri. 36.

LXVIII. PRAECEPTVM. VTRVM PLANETA progrediatur, vel regrediatur, vel sit stationalis ad datum tempus.

Varias habent motus sui adfectiones quinq; erraticæ stellæ ♄ ♃ ♂ ♀ & ☿. quia aliàs porrò, alàs retrò cientur, aliàs quasi consistere & cursum inhibere videntur, ex qua varietate Greci alias atq; alias adpellationes eis tribuerunt ὑπολειπτικούς vocarent, & προηγητικοὺς & σκιάζοντας sicut vulgo directos, retrogrados & stationales. Verùm de adpellationibus sæpe dictum est.

ὑπολειπτικὸς προηγητικὸς, σκιάζων.

Iam vt cognoscas, qualis sit adfectio motus planetæ ad datum tempus, inuenias coæquatam anomaliam vtranq; Eccentri & Epicycli vel commutationis, & ingressus canonem stationum cum anomalia Eccentri excerpe conuenienter numeros primæ & secundæ stationis.

Quod si numerus anomaliæ commutationis fuerit æqualis numero stationis primæ, stella erit stationalis in primo semicirculo epicycli, in quo ab apogeo eius descendit ad perigeon, & inde fiet retrogradus, seu, vt Græci vocant, προηγητικὸς, sin æqualis fuerit numero stationis secundæ, planeta erit similiter stationalis in altero semicirculo Epicycli, in quo iterum euehitur in summum eius fastigium, ita vt incipiat iterum progredi, cum aliquandiu antè migrasset in priora. Quod si anomalia commutationis, vtriusq; stationis numero inæqualis extiterit, planeta aut erit ὑπολειπτικὸς aut προηγητικὸς: ὑπολειπτικὸς quidem, cum numerus anomaliæ huius vel minor fuerit numero primæ stationis, vel maior numero stationis secundæ: προηγητικὸς autem cùm idem numerus, vel maior fuerit numero stationis primæ, vel minor numero stationis secundæ.

σκιγμὸς πρῶτος.

συγγμὸς δεύτερος.

Iuxta has igitur regulas pronunciabis de affectione planetæ.

Cæterùm

Cæterùm hæc ex elementis huius doctrinæ nota sunt, planetæ motum mediocrem esse circa medios epicycli transitus, velocissimum verò, in consequentia quidem circa apogeon epicycli, in præcedentia autem circa eiusdem perigeon. Hæc per se facilia sunt, nec admodum desiderant exemplum, veruntamen adijcio vnum. Vt ad natalicium tempus illustriss. ducis Borussiæ coæquata anomalia eccentri ♄ est part. 25. scr. 26 1ª. Commutationis verò part. 131. scr. 18 1ª ferè. Ingressus igitur canonem stationum sub charactere ♄ cum anomalia eccentri, excerpe stationem, primam quidem partium 112. scr. 46 1ª ferè, secundam verò partium 247. scr. 14 1ª. Ad anomalia commutationis neutri numero æqualis est, sed maior numero primæ, minor autem numero secundæ. Vnde pronunciabis ♄ eo tempore fuisse προηγητικὸν vel retrogradum. At simili ratione inuenies reliquas quatuor erraticas fuisse tunc directas, vel rectum habuisse cursum in consequentia,

Motus mediocris. Velocissimus porrò, retrò.

LXIX. PRAECEPTVM. DE TEMPORE stationis.

Per antecedens præceptum sit explorata primùm adfectio stellæ Deinde vtriusq; stationis arcus per datam commutationis anomaliam æquatam. Ac vt breuiter complectar summam rei exemplis vtendum est. Ad datum igitur tempus inclyti Ducis Borussiorum Saturnus προηγητικὸς habebat coæquatam epicycli anomaliam part. 131. scru. 18 1ª, & arcus stationis primæ erat part. 112. scr. 46. secundæ part. 247. 14 1ª, velim iam scire, ante quot dies ceperit esse retrograda eius stella. Subtraho igitur arcum primæ stationis ab anomalia commutationis coæquata, & reliquum arcum part. 18. scr. 32. distribue in motum diurnum æqualem commutationis ♄ scr. 57 1ª, 72ª, 44 3ª. Ita enim deprehendes dies 19. cum dimidio ferè. Ante totidem dies Saturni stella σκῆπτρον seu stationalis subijt hanc adfectionem. Similiter si partes anomaliæ 131. scr. 18 1ª, abieceris ex numero secundæ stationis part. 247. 14 1ª, reliquæ erunt partes 155. scr. 56 1ª, quæ distributa in eundem æqualem diarium, offerunt dies ferè 122. Post dies igitur ferè 122. absoluto regressu erit ♄ iterum stationalis, & inde directus seu ὑπολειπτικὸς, quod à Regiomontani nostri Ephemeridibus parùm dissentit. Cæterùm cognito tám initio quàm fine regressus ♄ notum erit simul totum tempus regressus ♄ dierum videlicet 142. ferè. Ad eundem modum addiscet & totum tempus ὑπολείψεως, seu progressus stellæ per superiorem epicycli partem.

LXX. PRAECEPTVM. DE EXAMINE calculi antecedentis.

Ad tempus ita inuentum exquires rursum anomaliam vtrunq; coæquatam

coæquatam eccentri & epicycli, & per eccentri anomaliam præterea arcum ſtationis, tùm primæ, tùm ſecundæ, cum quorum altero conuenienti ſi congruit coæquata epicycli anomalia, rectè ſe habet prior calculus, ſin minus, vtendum eſt eodem curſu antecedentis doctrinæ, tantiſper, donec ſatis reſpondeat. Quam calculi iterationem ſeu correctionem ♂ ſtella propter perpetuam inſtabilitatem maximè omnium flagitat. Repetatur proximum exemplum Numeratis diebus 122. à die natalicio inclyti Boruſſiæ ducis quære anomaliam vtranq; coæquatam eccentri & Epicycli, & per eccentri rurſum arcum ſecundæ ſtationis, qui ſi æqualis eſt coæquatæ anomaliæ rectè ſe habet calculus. Quod ſi coæquata anomalia epicycli minor fuerit arcu ſecundæ ſtationis, differentiam utriuſq; diſtributam in motum diurnum æqualem commutationis, adde tempori priùs inuento, dierum 122. ſed ſi maior fuerit, auffer. Et hanc formam emendationis iterato tantiſper donec omnia ritè conſentiant. Verùm quia alio loco de ſtationibus plura dixi, non ero nunc prolixior.

LXXI. PRAECEPTVM. CALCVLVS LATITUDINIS TRIVM SVPERIORVM ♄ 24 ♂.

De canonibus latitudinum.

In commentarijs noſtris Aſtronomicis plura de latitudinibus 5. Planetarum diſſeruimus. Ideo hîc ero breuiter & calculi tantùm formam breuiter monſtrabo, ſicut autem tres ſuperiores planetæ duplici latitudine euagantur ab orbita Solis. ita & duplicem canonem habent ſinguli priorem ſcrupulorum proportionalium, poſteriorem ipſius latitudinis. Ex priori per coæquatam eccentri anomaliam capiuntur ſcrupula proportionalia, ex poſteriore autem latitudo ipſa per coæquatam anomaliam commutationis. Verùm diſſimilitudo obſeruanda eſt.

♄ In ♄ per anomaliam commutationis ſumitur latidudo, Auſtrina quidem, dum coæquata eccentri anomalia maior eſt partib. 40. & minor partibus 220. Borea autem per reliquum anomaliæ Eccentri ſemicirculum. Sed in 24 ſimiliter per commutationis anomaliam capitur latitudo Auſtralis quidem. dum eccentri anomalia maior eſt partibus 110. & minor partibus 290. Borea verò per reliquum anomaliæ eccentri ſemicirculum quemadmodum hoc diſcrimen tituli quoq, docent. At in ♂ quæ pars Canonis præbet ſcrupula proportionalia, ex eadem petes latitudinem planetæ, quæ Boreà ne ſit, an Auſtralis, titulus ipſe indicabit.

Poſtquam igitur vtranq; conuenienter excerpſeris. ſcrupula inquam proportionalia & latitudinem, ipſa pars congruens ſcrupulis erit latitudo quæſita. Verùm exemplo res intelligitur commodiùs. Ad natalicium tempus inclyti Boruſſiæ ducis anomalia ♄ coæquata eſt partium 25. ſcr. 26 1ª, id eſt, dodecatemorij 0. part. 25. ſcr. 26 1ª, per quam

excerpo

excerpo ſcrupula proportionalia 14 1ª, 58 2ª. Commutationis verò anomalia eſt parti. 131. ſcr. 28 1ª, id eſt, dodecatemoriorum 4. part. 11. ſcr. 18 1ª, per quam ſumi oportet latitudinem Boream, iuxta priùs dicta, & iuxta indicium Canonis, eaq; monſtratur in Canone partium 2. ſcr 50 1ª. Iam pars congruens ſcrupulis 14 1ª, 58 2ª, de partibus 2. ſcr. 50 1ª, eſt ſcr. 41 1ª, 36 2ª, Borea ſcilicet ♄. latitudo.

LXXII. PRAECEPTVM. CALCVlus latitudinum ♀ & ☿.

Venus & ☿ quemadmodum à rectiſſimo ac perpetuo Solis itinere exorbitant triplici latitudine, declinationis ſcilicet, reflexionis, ae deuiationis: ita ſingulæ latitudines ſingulis explicantur canonibus, ac rurſum ſinguli canones ſua habent ſcrupula proportionalia. Deuiatio quidem ♀ ſemper Borea eſt, ☿ autem Auſtrina. *De canonibus.*

